AN. LXXVIII SERIES VII FASC. II. AN. 1953

MONITOR ECCLESIASTICUS

Fundatus a. 1876 ab E.mo Card. Casimiro GENNARI
peculiari S. Sedis adprobatione continuatur

MODERANTIBUS

ARCADIO LARRAONA
Secretario S. C. De Religiosis

FLORENTIO ROMITA
A Studiis S. C. Concilii

ADIUVANTIBUS

ANTONELLI F., O. F. M., Relator. Gener. Sect. Hist. S. C. Rituum — BARTOCCETTI V., Subsecr. S. C. De Disciplina Sacramentorum — BENDER L., O. P., in Pont. Athenaeo *Angelicum* Professore Juris Canonici — BIDAGOR R., S. J., Cons. S. C. De Disciplina Sacramentorum — CAPPELLO F. M., S. J., Cons. S. C. Concilii — CASTELLANO M., O. P. S. C. S. Officii — DE ANGELIS S., Substit. S. Paenitentiariae Apostolicae — GUTIERREZ A., A Studiis S. C. De Religiosis — HERMAN Ae. S. J., Cons. S. C. Pro Ecclesia Orientali — INDELICATO S., Off. S. C. Rituum — LENTI PROF. J., Adv. S. Romanae Rotae — MAURO A., Add. Secr. Status — OESTERLE G., O. S. B., Cons. S. C. Pro Ecclesia Orientali — PAVENTI X., A Studiis S. C. De Propaganda Fide — ROMANI S., Subpromot. Fidei S. C. Rituum — ROMEO A., A Studiis S. C. De Semin. et Univers. Stud. — ZERBA C., Subsecr. S. C. De Disciplina Sacramentorum

Aliisque S. Romanae Curiae Officialibus, Consultoribus et Advocatis.

DESCLÉE & C[i] — EDITORES PONTIFICII

ROMAE (117) PIAZZA GRAZIOLI N. 4 — TEL. 64.395 — C. C. P. 1-4270

OFFICIUM REDACTIONIS ET ADMINISTRATIONIS - PIAZZA GRAZIOLI N, 4. TEL. 63.931

Periodico Trimestrale - *Sped. in Abb. Post.* - Gruppo IV

IMPRIMATUR

Sorae, 15 - VI - 1953.

† Blasius Musto
Episcopus Aquini, Sorae et Pontiscurvi

OMNIA IURA PROPRIETATIS VINDICABUNTUR

TIPOGRAFIA EDITRICE M. PISANI - ISOLA DEL LIRI

SUMMARIUM

ADNOTATIONES IN ACTA S. SEDIS

S. Congr. Consistorialis.

Insularum Philippinarum. - Decretum de conventibus episcoporum. 28 Iunii 1952. (Adn. G. OESTERLE) . . . . . Pag. 195

S. Congr. Concilii.

Epistula. Circa il prestito del materiale conservato negli archivi ecclesiastici in Italia. - 30 Dicembre 1952. (Adn. G. BATTELLI) » 205

S. Congr. Rituum.

Romana: 23/12/1952. Romana: 2/2/1953. (Adn. S. MATTEI) . . » 209

Acta Officiorum.

Pont. Comm. ad redigendum Codicem iuris canonici orientalis. Responsa ad proposita dubia. - 8 Ianuarii 1953. (Adn. AE. HERMAN, S. J.) . . . . . » 212

JURISPRUDENTIA SACRAE ROMANAE ROTAE ALIORUMQUE TRIBUNALIUM ECCLESIASTICORUM

Sacra Romana Rota.

Coram R. P. D. Arcturo WYNEN, *Ponente.* TAURINEN. *Nullitatis Matrimonii.* (*Disparitatis cultus*) d. 16 februarii 1952. . . . » 221

Tribunal Regionale Etruscum.

Nullitatis Matrimonii. (B. P.) (*Exclusionis boni Sacramenti*) - Sententia secundae instantiae. d. 31 Decembris 1951 . . . » 228

Tribunal Appellationis Bononiense.

Nullitatis Matrimonii (X. - Y.) - (*Impotentiae*). d. 31 Decembris 1952 » 240

STUDIA ET CONSULTATIONES

G. OESTERLE, O. S. B. Natus ab acatholicis. . . . . » 249

L. BENDER, O. P. Sponsi tenentur revelare impedimenta occulta (c. 1020) . . . . . » 253

F. ROMITA, Le origini della Sacra Congregazione del Concilio . » 259

JUS ECCLESIASTICUM

Italia.

LEGISLAZIONE

Legge 10 febbr. 1953, n. 59. Disposizioni per l'estensione agli enti stranieri delle agevolazioni tributarie a favore delle liberalità a scopo di beneficenza, istruzione ed educazione . . . » 299

Legge 24 febbr. 1953, n. 108. Estensione al personale ecclesiastico dei ruoli ausiliari e di riserva del trattamento di quiescenza previsto per gli ufficiali delle categorie in concedo dal R.B.L. 30.12.1937, n. 2411, convertito nella L. 17.5.1938, n. 886 . . » 299

GIURISPRUDENZA

Cassazione civile, Sez, Un. 6.8.1952, n. 2540. - Delibazione - Sentenza straniera che si basa su altra sentenza straniera. - Materia matrimoniale . . . . . Pag. 300
Cassazione civile, Sez. I°, 30.8.1952, n. 2792. - Delibazione - Sentenza straniera - Ordine pubblico italiano - Rappresentanza di incapace . . . . . » 300
Cassazione civile, Sez. Un. 11.10.1952, n. 3002. - Matrimonio - Trascrizione del matrimonio religioso - Impugnazione della trascrizione - Incapacità naturale di uno dei contraenti. . . » 300
Cassazione civile, Sez. II°, 18.12.1953, n. 3225 - Enfiteusi ecclesiastica a terza generazione - Interpretazione della clausola - Violazione di legge - Novelle giustinianee e materia di enfiteusi ecclesiastica . . . . . » 301
G. COSTANTINI. Concorso dello Stato nella costruzione di nuove chiese . . . . . » 302
F. SANTOSUOSSO. Ateismo e affidamento della prole. . . . » 306

Romania

s..r. De conditionibus religiosis in Romania . . . . . » 310

Status Foederatis Americae Septentrionalis.

E. McCARTHY. The Zorach case and the Church and State . . » 316

RECENSIONES

G. SIRI. *Corso di Teologia Dommatica*, 1, *La Rivelazione*. (F. CARPINO) » 321
I. KOLOGRIVOF. *Le Verbe de Vie*. (F. CARPINO) . . . . . » 321
P. PARENTE. *La Teologia*. (R. SPIAZZI) . . . . . » 322
PARENTE-PIOLANTI-GAROFALO. *Dizionario di Teologia Dommatica* (R. S.) . . . . . » 325
P. C. LANDUCCI. *Il mistero dell'anima umana*. (I. P.). . . . » 325
M. BENDISCIOLI. *La riforma protestante*. (I. P). . . . . » 326
P. PRINI. *Esistenzialismo*. (C. FABRO) . . . . . » 326
A. LANZA - P. PALAZZINI. *Teologia morale generale*. (R. S.) . . » 327
N. JUBANY. *El voto de castidad en la ordenación sagrada*. (E. BONET) » 328
P. A. D'AVACK. *Cause di nullità e di divorzio nel diritto matrimoniale canonico*. (V. BARTOCCETTI) . . . . . » 329
C. A. RECKERS. *De favore quo matrimonium gaudet in Iure Canonico*. (V. BARTOCCETTI) . . . . . » 331
S. CIPRIANI. *Instructio matrimonialis Rev.mi D,ni* DE RAUSCHER *Archiepiscopi Vindobonensis* (1853-1856). *Inquisitio historico-juridica*. (V. BARTOCCETTI) . . . . . » 335
S. DI FRANCESCO. *Il diritto alla nascita*. (I. P.) . . . . . » 338
G. A. NOBILE. *La nuova legge sull'enfiteusi*. (F. SANTOSUOSSO) . » 339
LATINITAS. *Commentarii Linguae Latinae excolendae quarto quoque mense ex Officina Libreria Vaticana prodeuntes*. (I. P.) . . » 340

DOCUMENTA

Pii PP. XII. Allocutio docentibus atque alumnis popularium scholarum ob conventum de adultorum institutione ex Italia Romae coadunatis, habita die 19 Martii mensis a. 1953. . . . » 343

CHRONICA

Acta Pii PP. XII. - Acta SS. Congregationum. (A. MAURO) . . » 350
Index Bibliographicus.

ADNOTATIONES
IN
ACTA SANCTÆ SEDIS

Digitized by the Internet Archive
in 2024

https://archive.org/details/monitor-ecclesiasticus_1953_78_2

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

INSULARUM PHILIPPINARUM

DECRETUM

DE CONVENTIBUS EPISCOPORUM

« *Catholic Welfare Organization* »

Universae nationis Praesulum Conventibus ad rem catholicam provehendam constitutis, pluries iam labentibus annis Apostolica Sedes paterno favit obtutu.

Naturalis rerum evolutio et immane, nuper gestum, bellum pleraque etiam in Insulis Philippinis peperit problemata, vel urbis, vel dioecesis, imo et regionis ambitum transgredientia, quibus, cotidie ingruentibus, ut collatis sententiis conspiratisque viribus aptiore occurreretur modo, universi ibi Praesules Ordinarii constituti, iam ab tidie ingruentibus, ut collatis conspiratisque viribus aptiore occurreretur modo, universi ibi Praesules Ordinarii constituti, iam ab anno 1945, auctore Exc. P. D. Gulielmo Piani, Delegato Apostolico, Conventum inierunt « Catholic Welfare Organization » nuncupatum.

Cum vero Exc. P. D. Aegidius Vagnozzi, Archiepiscopus titularis Myrensis et ibidem Nuntius Apastolicus, nuper postulasset ut modo condita ad eiusdem Conventus regimen quaedam Statuta Apostolica Sedes adprobaret Ss.mus D. N. Pius Divina Providentia PP. XII, de consilio Eminentissimorum Patrum Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, salutare coniuctorum laborum effectus in bonum animarum exoptans, praesenti Decreto ea rata et probare benigne dignatus est, prout infra referuntur (*omissis*).

Praesentis Decreti exsecutionem horumque Statutorum observantiam Sanctitas Sua in Insulis Philippinis Legato demandare dignata est.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 Iunii 1952.

+ Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. + S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

(*A.A.S.* vol. 45, pag. 247).

ADNOTATIONES [1]

Canon 292 sapientissime statuit: « § 1. Nisi aliter pro peculiaribus locis a Sede Apostolica provisum fuerit, Metropolita, eoque deficiente, antiquior e Suffraganeis ad normam Can. 284, curet ut Ordinarii locorum, saltem quinto quoque anno, stato tempore apud Metropolitam aliumve Episcopum comprovincialem conveniant, ut, collatis consiliis, videant quaenam in dioecesibus agenda sint ut bonum religionis promoveatur, eaque praeparent de quibus in futuro Concilio provinciali erit agendum.

§ 2. Etiam Episcopi aliique de quibus in can. 285, una cum aliis Ordinariis convocari et convenire debent.

§ 3. Iidem Ordinarii congregati sedem proximi conventus designent ».

Qui Conventus, qui in can. 250 § 4. Episcoporum coetus seu conferentiae vocantur, pertinent vi eiusdem canonis ad competentiam S.C.C. [2]. Iam multum tempus ante Codicem huiusmodi uniones Episcoporum fuerunt in usu, sive agebatur de Episcopis alicuius provinciae aut regionis sive alicuius nationis. Sed hi Conventus, utpote mere occasionales, nondum habuerunt characterem stabilem; convocatio enim facta est ratione alicuius eventus extraordinarii aut eversarum rerum publicarum. Quae a. 1848 facta eversio in Europa ansam dedit pluribus Conventibus Episcoporum v. g. provinciae Colonien. 10-13 maii 1848 [3] provinciae Salisburgen. 31 aug. - 10 sept. 1848 [4]. Conventus interpellat Diaetam Imperii hisce verbis: nova periodus pro populis Austriae initium sumpsit: tessera est libertas, scutum autem — ut habeatur in futuro successus —

---

[1] Dictionnaire canonique, vol. I. v. Assemblées des Evêques. S. C. Ep. et Reg. loquitur etiam de « Collationibus ».

[2] hic non est sermo de illis Episcoporum conventibus, iu quibus ipsi tamquam vasalli ut ordo primus una cum ordine secundo seu nobilibus (= duo ordines privilegiati) et ordine tertio res temporales tractabant. Sed Episcopi quandoque tali occasione favorabili usi sunt ad discutiendas quaestiones ecclesiasticas in propriis conferentiis. Exemplum est Gallia ; cf. Dictionnaire l. c. 1168 « Assemblées des Etats provinciaux ».

[3] Collectio Lacensis vol. V. 941. Expresse notatus fuit connexus inter eversionem martii 1848 et convocationem episcoporum provinciae Colonien. Cursus et natura rerum secum ferent gravem, haud praevidendam, mutationem relationis Ecclesiae ad Statum. Episcopi postularunt libertatem pro praedicando verbo divino in ecclesia, in scholis inferioribus et superioribus, libertatem in excolendo clero, in acquisitione et administratione bonorum ecclesiasticorum, in exercenda disciplina ecclesiastica, in jurisdictione circa matrimonia. Quaestio mota fuit de Concilio nationali aut saltem Synodo nationali convocanda ; cui ideae non favit S. Sedes. ;

[4] l. c. 1318.

iustitia; provincia Goritien pro regno Illyriae [5] (17 dec. 1848). Summa huius Conventus: Regimen Imperii mutatum; consequenter mutanda relatio ad Statum. Sequitur Conferentia omnium Episcoporum Hiberniae Dublini 19 maii 1854 [6], quae sese occupavit de rebus politicis a clero tractandis et de eligendis deputatis in coetum legumlatorum publicum probis et religionis catholicae minime hostibus. Tandem Conventus Episcoporum provinciae Baltimoren. 5 jun. 1860 [7]. Specialis momenti pro convocandis Episcopis ad conventus facta est conferentia Episcoporum Germaniae Herbipoli mense oct. et nov. 1848. Celeberrimus archiepiscopus Coloniensis Ioannes de Geissel sub data 25 sept. 1848 conventum omnium Episcoporum Germaniae declaravit desideratum et necessarium [8]. Qualem laborem Episcopi superaverint, demonstrant triginta sex Sessiones [9]. Qualem impetum saluberrimum Conventus Herbipolensis dederit, demonstrant subsequentes Conventus Episcoporum. Nominasse sufficiat conventum Coloniensis Provinciae Episcoporum 6-9 mart. 1849 [10]; conventum Colonien. a. 1850 [11]; conventus Episcoporum Bavariae Frisingen. 1-20 oct. 1850 [12]. Sub forma memorialis libelli ad regem Bavariae missi postulata Episcoporum copiosissime expressa sunt; conventus Bambergensis mense iulio 1864 Episcoporum Bavariae [13] sese occupat cum tendentia quorundam virorum disciplinam scholarum eripiendi manibus Ecclesiae; conventus Episcoporum Bavariae Passavien. die 18 et 19 jul. 1865 [14]. Conventus tangit quaestionem de docenda in scholis superioribus *historia*, quae non est materia indifferens pro auditoribus; nam semper habedi-

---

[5] l. c. 1323.

[6] l. c. vol. III. 853.

[7] l. c. 1203; litterae tangunt sic dictam « Quaestionem Romanam ». cf. Lexicon für Theologie und Kirche, vol. II. v. Bischofskonferenz.

[8] Collectio Lacensis vol. V. 946-958.

[9] l. c. 962-988. In Epistola Episcoporum ad Pium IX de 12 nov. 1948 (l. c. 988-990) exprimitur propositum convocandi iuxta praeceptum Concilii Trldentini non solum synodos dioecesanas, sed etiam provinciales, ut cum consuetudine ecclesiastica *convenirent*. Pius IX e Caieta 17 maii 1849 respondit commendavitque synodos provinciales, e quibus magnus fructus procedit. Acta Conventus Herbipolen. 1. c. 1000-1132; Conventus Herbipolen. excitavit Episcopos Austriae ad similem Conferentiam convocandam (l. c. 1144).

[10] l. c. 1144-1160. A col. 1144 usque 1160 habetur Instantia Episcoporum ad novam Constitutionem Borussiae de 5 dec. 1848.

[11] l. c. 1162, ubi clare indicatur, qua mente Episcopi iuramentum de nova Constitutione observanda deponunt: salvis Ecclesiae iuribus, salvis episcoporum obligationibus in Ecclesiam.

[12] l. c. 1161-1189.

[13] l. c. 1189-1198.

[14] l. c. 1201-1204.

tur differentia inter catholicum et non catholicum modum docendi historiam. Conventus Episcoporum Provinciae Rheni Superioris Friburgensis a. 1851 [15]. Ex anno 1867 Germaniae Episcopi, exceptis illis Bavariae, *singulis* annis Fuldae ad sepulcrum S. Bonifacii conventum celebrarunt. Ultimis temporibus Episcopi Bavariae, qui Frisingae conveninut, Delegatos ad Fuldensem conventum miserunt [16]; anno 1869 mense septembri omnes Germaniae Episcopi Fuldae convenerunt [17]. In epistola pastorali ad subditos evolvitur quaestio de Concilio Vaticano et refutantur obiectiones falsae contra Concilium prolatae.

In Italia ex a. 1849 in pluribus provinciis ecclesiasticis aut territoriis determinatis conventus Episcoporum celebrati sunt, imprimis in Umbria. Anno 1849 diebus 23. 24. 25 maii post eversas in Italia respublicas in loco Groppello, ubi archiepiscopus rusticationis causa degebat, episcopi provinciae Mediolanen. conventum habuerunt [18]. Archiepiscopus dimittendo cum gratitudine suffraganeos fuit « *ripetendo* l'invito a tutti e ciascuno di rinnovare al più presto possibile colle circostanze del tempo *somiglianti riunioni* » [19]. De facto iam anno sequenti, sc. 1850 mense nov. alter Conventus episcoporum provinciae Mediolanen. celebratus fuit [20]. Ex hoc conventu notanda est epistola ad Imperatorem cum protestatione contra « placito regio » pro Actis episcopalibus [21]. In epistola ad parochos et clerum [22] Episcopi lamentantur fortiter, quod « i nemici della

---

[15] l. c. 1203-1216.

[16] Pius IX in Litteris Apostolicis « Maximae quidem » 18 aug. 1864 ad Episcopos Bavariae missis summopere probavit « consilium a Vobis susceptum habendi *quotannis* inter Vos congressus » (l. c. 1200; Acta Pii IX Pars I. vol. III. p. 674 ssg.).

[17] l. c. 1215.

[18] l. c. vol. VI. 699-726 cum Allegatis. Sub data 28 febr. 1849 comes Montecuccoli, Commissarius Imperialis Plenipotenziarius archiep. Mediolanen. epistolam direxerat huius tenoris: « essendo probabile che all'epoca dell' organizzazione da darsi alle provinvie Lombarde-Venete venga discussa la domanda, se convenga o meno di sopprimere l' ordine dei Gesuiti e Redentoristi nelle provincie suddette » (l. c. 720). Episcopi mense apr. 1849 absolute contra suppressionem se pronuntiaverunt cantantes summa utriusque Religionis merita (l. c. 720 sg.).

[19] l. c. 719.

[20] l. c. 727.

[21] « mentre lo straniero invidia la sorte de' cattolici vostri sudditi e va meritamente magnificando la libertà ridonata alla Chiesa in tutto l' impero Austriaco, noi siamo costretti a gemere in una dolorosa umiliazione vedendoci esclusi di fatto dal Sovrano beneficio e mantenuto il Clero nella condizione antica, se non anco peggiorata ».

[22] l. c. 735 sg. l. c. 737 sg. legitur epistola Episcoporum ad Viceregentem in Lombardia. Vivis coloribus illustrant facta, quibus dies festivi tum in civitatibus, specialiter Mediolani, tum ruri profanantur. In altera epistola (l. c. 738) tangitur sors illorum sacerdotum, qui ratione delictorum politicorum sunt incarcerati.

comun nostra Fede... seppero cogliere il tempo dei politici sconvolgimenti per introdurre in queste nostre provincie una moltitudine di bibbie corrotte, per insidiare alla buona fede dei semplici e tentare anche tra noi l'opera tenebrosa di corrompere la sana dottrina. E non lasciarono intentata alcun'arte, sia col lenocinio dei tipi e delle legature, sia colla modicità del prezzo per diffonderle a riuscire nel loro intento ». Eodem fere tempore, sc. mense nov. 1849 Spoleti decem et septem Episcopi Umbriae una cum Delegato ep. Civ. Castell. congregati erant. Ad instar Concilii regionalis in titulis sedecim doctrina et disciplina ecclesiastica proposita fuit [23].

Pius IX. manifestaverat « suo vivo desiderio che la riunione dei Vescovi delle Marche e della provincia Urbinate abbia luogo prima delle solennità pasquali ». Ideo Cardinalis de Angelis, archiep. et princeps Firmanus convocavit ad 24 febr. 1850 [24] in urbem Lauretanam episcopos « delle Marche e della provincia Urbinate ». In sex Sectionibus statuta erant « Decreta de Cleri saecularis disciplina ». Post haec Episcopi attentionem suam direxerunt in formationem et educationem futuri cleri [25], et in scholas publicas et privatas [26]. Eodem anno 1850 celebratus fuit Panormi Conventus Siciliae Episcoporum [27]. In domo exercitiorum ad S. Iacobum in Urticaria prope Pisas a die 5 maii usque ad 12 maii 1850 celebratus fuit Synodalis Conventus Episcoporum provinciae ecclesiasticae Pisanae [28]. Unum ex Potsulatis Episcoporum Neapolit. in Concilio Vaticano: congressiones quotannis habendae [29].

Leo XIII., qui ipse qua Episcopus Perusinus a. 1849 adfuit Conventui episcoporum Umbriae, instanter commendavit huiusmodi Conventus. Die 24 aug. 1889 a S. C. Ep. et Reg. edita est « Instructio de Collationibus quolibet anno ab Italis Episcopis in variis quae designantur regionibus habendis [30] ». Mens alta Leonis XIIII. sese

---

[23] l. c. 739-772. Conventus convocatus « benigna facultate et venia » Pii IX

[24] l. c. 773-810. Aderant 18 Episcopi et pro duobus aetate et morbo praepeditis duo Delegati.

[25] l. c. 789-795.

[26] l. c. 795-799; 802 sese occupat cum Religiosis; item 806 sg. Quae statuit can. 1349 § 1 C. I. C. de missionibus popularibus celebrandis singulis decenniis, iam hic Conventus statuerat, addendo singulis quinquenniis pias exercitationes ad instar missionum (l. c. 808).

[27] l. c. 809-826.

[28] l. c. 219-254. Agitur de *Concilio* Provinciali; item 257-282 de Synodo *Provinciali* Senensi; secutae sunt aliae Synodi Provinciales in Italia v. g. Venetiarum, Ravennaten., Urbinaten.

[29] l. c. vol. VII. 793.

[30] Acta Leonis XIII. v. IX. p. 184-190. Papa tenet huiusmodi Conventus uti praeparativos Synodi dioecesanae et Conciliorum Provincialium.

manifestat in Praefatione, quae ita sonat: « Alcuni Arcivescovi e Vescovi d'Italia hanno ossequiosamente rappresentato al Santo Padre quanto, a loro avviso, utile tornerebbe agli interessi di nostra santa religione l'uso nelle varie regioni della penisola delle *Conferenze Episcopali*, simili a quelle che nel 1849 erano tenute in parecchie provincie degli stati della Chiesa e nominatamente dall'episcopato dell'Umbria, di cui la medesima Santità Sua era allora illustre ornamento. Ed agguingevano che ove questo loro disegno meritevole apparisse di benevola considerazione, piacesse alla Santità Sua non solo di benedirlo, ma di disporre altresì il modo pratico di esecuzione.

Il Santo Padre, cui nulla è più a cuore quanto la mutua concorde intelligenza fra i sacri Pastori, non poteva non accogliere con singolare compiacenza una domanda sì conforme ai suoi propri desideri.

L'esempio citato e quello non meno eloquente fornitoci, in tempi eziandio difficilissimi, dall'episcopato di altre nazioni Lo confortavano naturalmente nello stesso pensiero ». Instructio assignat decem et septem regiones et desiderat talem conferentiam « almeno una volta l'anno ». In nn. III-V designatur Praeses, locus, materia tractanda in Collatione.

S. C. Cons. die 15 febr. 1919 edidit Decretum circa celebranda Concilia provincialia, regionalia, *coetus Episcoporum*, vulgo Conferenze cogendos vi can. 292 singulis quinquenniis [31]; decreto 23 mart. 1919 eadem S. C. pressius determinat regiones, quarum Episcopi ad Conferentias convenire debent et renovat mandatum Leonis XIII die 24 aug, 1889 circa *annualem coetum* Episcoporum [32].

Die 3 mart. 1891 Romanus Pontifex Episcopis Austriae misit Epistolam « In ipso summi Pontificatus [33], in qua illustrat acerrimam pugnam in Ecclesiam catholicam propriamque operam ad defendenda jura Ecclesiae: ipse commemorat deinde suas exhortationes ad Episcopos, quos Spiritus Sanctus posuit rectores Ecclesiae, inter quos laudandi sunt Austriae Episcopi, qui prudentia et assiduitate laborum student evellendis quibusvis malis. Deinde pergit Leo XIII: « Imo nuper perlibenter agnovimus, coniunctim a vobis epistilam

---

[31] A. A. S. vol. 11 p. 72).

[32] l. c. p. 175.

[33] l. c. vol. XI. p. 35-42. S. C. Ep. et Reg. 22 jul. 1898 edidit Instructionem pro Conferentiis Episcoporum Austriae. Singulis quinquenniis aut saepius, necessitate data, *omnes* Imperii Episcopi Vindobonae conveniant: septem praesules in Consilium Permanens adlecti conveniant bis quolibet anno: omnes Episcopi aut « provinciatim » aut « regionatim » *singulis annis* conveniant. Tandem obiectum harum Conferentiarum pressius determinatur. (Archiv für Katholisches Kirchenrecht vol. 80, 1900 p. 381-383).

ad fideles diocesium vestrarum fuisse datam, quae praeclaro Nobis argumento fuit consociatissimas esse voluntates vestras quum res est de rei catholicae rationibus tuendis. Verum ut firmius constet vigeatque in posterum haec concordia, vestraque studia et vires ad unum certumque finem eodem tramite intendant, nihil Nobis oportunius fore videtur, quam si quasdam inter ipsos congressiones quotannis Episcopi habeant, ex quibus ea ineatur tam efficax sentiendi agendique concordia ». Tandem materia copiosa in hisce Conventibus tractanda exponitur.

Eodem anno, sc. 25 junii 1891 Leo XIII direxit epistolam « Pastoralis vigilantiae » episcopis Lusitaniae commendans, « ut quotannis peculiares Episcoporum conventus agantur [34] ». Item misit epistolam « Litteris a Vobis » ad episcopos Brasiliae die 2 jul. 1894 [35]. Post allata pro necessitatibus Brasiliae allevandis remedia Leo XIII. commendat « episcopales conventus saepius iteratos ». Secretaria Status deinde die 1 maii 1900 publicavit Instructionem pro huiusmodi Collationibus. « Tertio quoque anno, crebrius etiam pro necessitate vel opportunitate, Episcopi omnes uniuscuisque ecclesiasticae provinciae conveniant [36].

Concludamus studium Leonis XIII. in favorem conventus Episcoporum cum Epistola encyclica « Constanti Hungarorum » 2 sept. 1893 [37]. Romanus Pontiefx deplorat graviora pericula, quae impendent avitae Hungarorum religioni indicatque haec pericula, quin praetereat remedia salubriter adhibenda; unum ex ipsis sequenti modo allegatur: « Cum vero ad firmandam concordiam, aeque ac ad actuosam catholicorum hominum solertiam excitandam, mire efficacem salutaremque vim habeant, uti experiendo patet, annui eorundem conventus, in quibus de re catholica, de piorum operum omnis generis incremento, Episcoporum ductu atque auspiciis, communia consilia conferuntur; ideo vehementer optamus ut ea naviter perficiantur, quae vosmet non multo ante, hac super re, opportune providisse cognovimus. Neque enim dubitamus, conventus eiusmodi;

---

[34] Acta Leonis XIII p. 207-215. Occasionem huius epistolae dedit Conventus illustris Bracarae Augustae nuper actus, qui laudem Romani Pontificis promeruit Leo XIII in epistola Encyclica « cum multa sint » de « animorum concordia inter Hispanos procuranda » alludit paucis verbis ad huiusmodi collationes episcoporum. (l. c. vol. III 170-180).

[35] l. c. vol. XIV p. 230-236.

[36] Archiv für Katholisches Kirchenrecht vol. 80, 1900 p. 766 sg.

[37] l. c. vol. XIII p. 268-280; cf. für Katholisches Kirchenrecht, vol. 93 (1913) p. 264: studium Leonis XIII. pro colendis Episcoporum Conferentiis.

Dictionnaire canonique l. c. 1175 loco 2 sept. scribit 11 sept. error provenit ex numero II positus in Actis ; dies secundus indicatur in Actis Leonis XIII l. c. p. 441.

si pone, qui ut aliis quoque in locis haberentur valde Nos auctores fuimus, rationibus vestris magnopere profuturos ».

Etiam Episcopi Statuum Unitorum Americae Septentrionalis celebrant singulis annis conferentiam nationalem in civitate Washington. Etiam Episcopi Galliae et Belgii huiusmodi Conventus celebrare consueverunt.

Tandem S. C. Cons. in Decreto « A remotissima » [38] cum Ordine servando in relatione de statu ecclesiarum statuit in n. 31: « si sit metropolitanus, an provinciale concilium aut saltem collationes seu *conferentias* episcopales habuerit et quoties ». S. C. Cons. in Edicto « Per Decretum a remotissima [39] 4 nov. 1918 censuit in n. 35 definendum: « Si sit Metropolitanus aut Conferentiarum episcopalium Praeses: an et quomodo Concilium et quando Conferentias convocaverit; quinam interfuerint; et quo fructu res cesserit. Cann. 283-292 ».

Quo fructu? Quae verba S. C. invitant ad illustrandum brevi stilo ex ipsis Documentis fructum horum Conventuum seu Conferentiarum. Splendide hunc fructum expresserunt Episcopi Conferentiae Mediolanen. a. 1849 declarantes: « si prova sensibilmente l'assistenza dello Spirito Santo ai Pastori congregati in suo nome [40] ». Iidem Episcopi invocant « l'esempio del generoso Episcopato germanico » et postulant ab Imperatore Austriae libertatem in exercitio religionis et liberam communicationem cum Capite Ecclesiae. Concedunt quidem: « l'essere stati Noi deboli e tardi all'Uffizio del domandare e dell'operare, siavi stimolo adesso di maggior alacrità nel concedere ». *Conventus* episcoporum invenit animum ad talem epistolam. Singuli quid? « deboli e tardi [41] ».

Episcopi Germaniae a. 1848 Herbipoli adunati: « communicatis invicem pro rerum locorumque diversitate variis experientiis et consiliis, arctiore mutuae caritatis vinculo iuncti, *fortiores* animis, eruditiores et accuratioribus cognitionibus ornati domum revertemur [42] ».

---

[38] A. A. S. vol. II p. 13 ssg. Fontes C. I. C. vol. V. n. 2064; Ordo servandus n. 2065.

[39] A. A. S. vol. IX. 487-503.

[40] Collectio Lacensis, vol. VI 719.

[41] l. c. 723 sg.; confer epistolam Conventus Pisani a. 1850 ad Magnum Etruriae Ducem (l. c. 245 sg.). Flavit in hisce Conventibus Spiritus Sanctus, ita ut Episcopi qua soli hucusque tepidi levaverunt vocem suam et loquebantur *cum fiducia* verbum Dei.

[42] l. c. vol. V 990. In epistola ad Pium IX: « quum in Germania adhuc episcoporum quisque solus agere et suis exiguis sese finibus contineret, non sine incommodo et dolore in hac sua solitudine non pauci mutuo Fratrum consilio, solatio

Summa cum libertate — « qua decet ministros Christi et successores Apostolorum » — Episcopi Bavariae a. 1850 Frisingae adunati in copiosissima epistola exposuerunt sua iustissima desideria. Cum vero rex a Conventu Frisingensi postulata quaedam concessisset, plura denegasset, Conventus Bambergen. a. 1864 et Passavien a. 1865 de novo institerunt postulatis concedendis [43].

Leo XIII. in hisce Conventibus alium fructum colligere studuit: « ab ipsis episcopis et praeeuntibus et cohortantibus multum certe navitatis et ardoris hauserunt catholici, ut conventus adsimiles pro nationibus vel provinciis locisve aliis cogerent et celebrarent; idque sane quam providenter factum [44] ».

Vis Conventus Iuridica

Conventus huiusmodi distinguuntur a Conciliis provincialibus, quibus inest uti personae iuridicae potestas legislativa [45]. Nihilominus Decreta condere possunt, quae vim legis *diocesanae* habent, si Ordinarius loci talia decreta uti legem dioecesanam promulgaverit. Alias haec decreta sunt Instructiones, Declarationes, explicationes doctrinales, regulae directivae, monita, commendationes iuxta diversitatem. Concentus Lauretanus a. 1850 haec ad rem: « quae omnia et singula... disposita, suasa, mandata, proposita, poenis sancita... ceteris Synodorum provincialium vel dioecesanarum, particularium statutorum, probatae consuetudinis, usuum, privilegiorum jure *prout hucusque* illaesis... superstite sibi facultate interpretandi, minuendi etc. uti Ordinariis suarum archidioecesium et dioecesium, ex discreto prudentiae temporumque iudicio [46] ». Sententiam supra indicatam de potestate *haud* legislativa huiusmodi Conventuum

---

et auxilio destituti vixerunt ». (l. c.) « Episcopos non decet dissociatos pugnare ». (l. c. 991).

[43] l. c. 1161-1189; 1201-1204. Iustissime Pius IX in ep. 20 febr. 1851 suam consolationem exprimere potuit de « concordissima animorum consensione et qua episcopali sollicitudine, sagacitate, prudentia, doctrina », (l. c. 1190); cf. ep. Pii IX. 18 aug. 1864 (l. c. 1198-1200).

[44] Acta Leonis XIII vol. 11 p. 38 (pro Austria); eandem mentem exhibet Leo XIII in ep. ad Episcopos Lusitaniae (l. c. p. 210).

[45] Can. 291; Epitome ed. 5. vol. I. n. 105; Naz, Traité de Droit canonique, vol. I. n. 93; Maroto, Institutiones I. C. vol. I. n. 186 ed. 3 et passim auctores.

[46] Coll. Lacen. vol. VI. 788.

tenent v. g. Beste [47]; Bouuaert-Simenon [48]; Cocchi [49]; Coronata [50]; Eichmann [51]; Ione [92]; Moersdorf [53]; Naz [54]; Perathoner [55].

Decretum

Primo iustissime notat Decretum summam sollicitudinem S. Sedis pro Conventibus Episcoporum universae cuiusdam nationis in ordine ad promovendam rem catholicam. Hucusque exposita satis ex una parte hanc S. Sedis indefessam curam ex tempore Pii IX usque ad nostra tempora illustrant, ex altera parte uberrimos fructus huius Instituti visibiliter exhibent. Unde non est mirandum, quod S. Sedes sub hac ratione suos attentos oculos ad Insulas Philippinas verterit, in quibus tum naturalis rerum evolutio tum immane bellum pleraque problemata peperit tum particularia pro singulis urbibus et dioecesibus tum generalia ad exteros. Quo ex motivo iam a. 1945 Delegatus Apostolicus Piani pro sua intelligentia et prudentia movit Episcopos, ut Conventum inirent « Catholic Welfare Organization ». Modernus Nuntius Apostolicus proposuit S. Sedi Statuta approbanda. Quam approbationem Pius Pp. XII« salutare coniunctorum laborum effectus in bonum animarum exoptans » benigne concedere dignatus est [56]. Ipsa Statuta tamen non fuerunt in *A.A.S.* promulgata.

D. G. Oesterle

---

[47] Introductio in Codicem, ed. 3 ad can. 292: « quae ibi pertractantur et decernuutur vim legis non habent, sed resolutiones et consilia practicae indolis manent ».

[48] Manuale I. C. ed. 2. n. 448.

[49] Commentarium in C. I. C. ed. 2. n. 224: « unusquisque autem ex Episcopis potest acta populo denuntiare et in forma legis promulgare ».

[50] Institutiones I. C. ed. 2 vol. I, n. 370.

[51] Lehrbuch des Kirchenrechts ed. 4 vol. I. p. 246.

[52] Gesetzbuch des Kanonischen Rechtes vol. I. p. 259.

[53] Lehrbuch des Kirchenrechts vol. I. ed. 6 p. 360.

[54] Traité de Droit canonique vol. I. p. 411: « Les décision des conférences épiscopales sont plutôt des directives pratiques que des lois proprement dites ».

[55] Das Kirchliche Gesetzbuch ed. 4. p. 161 cum notis historicis.

[56] videtur legendum: « salutares ».

SACRA CONGREGATIO CONCILII

EPISTULA

CIRCA IL PRESTITO DEL MATERIALE CONSERVATO NEGLI ARCHIVI ECCLESIASTICI IN ITALIA.

Roma, 30 Dicembre 1952

Eccellenza Reverendissima,

Non può mettersi in dubbio che i documenti, i manoscritti e le altre scritture d'interesse storico, conservati presso gli archivi e le biblioteche degli Enti ecclesiastici e religiosi, siano compresi tra gli oggetti di storia ed arte sacra, di cui alla Circolare di questa Sacra Congregazione del 24 Maggio 1939 (*Acta Apostolicae Sedis,* vol. XXXI, pag. 266), e quindi sottoposti alle disposizioni della medesima Circolare.

Riguardo, poi, ai prestiti di detti documenti, manoscritti e scritture, richiesti per scopo di studio da Enti o persone residenti in Roma, questa stessa Sacra Congregazione dispone che gli stessi documenti, manoscritti e scritture siano inviati in deposito temporaneo presso l'Archivio Segreto Vaticano, che offre tutte le possibili garanzie per una buona conservazione e per la debita sorveglianza durante lo studio, oltre la possibilità di fare eseguire fotografie con vari sistemi.

Invece per le richieste di prestito a scopo di studio da parte di Enti o di persone residenti fuori di Roma, questa Sacra Congregazione si riserva di esaminare le singole richieste, affinchè sia salvo il principio che i documenti, i manoscritti e le scritture siano depositate nell'archivio o nella biblioteca di Enti ecclesiastici o religiosi. Nel caso, poi, che nella sede richiesta nessun archivio o biblioteca ecclesiastica o religiosa fosse in condizione di assicurare il servizio per lo studio, questa Sacra Congregazione considererà la convenienza del deposito presso una pubblica biblioteca, che dia le necessarie garanzie.

Al riguardo giova pure ricordare che sono tuttora in vigore le proibizioni di estrarre libri, volute da fondatori o da donatori e stabilite dalla Santa Sede per molte biblioteche sotto pena di particolari sanzioni ecclesiastiche.

Voglia, pertanto, l'Eccellenza Vostra Reverendissima richiamare l'attenzione anche dei parroci, rettori di Chiese e preposti

agli altri Enti ecclesiastici e religiosi sopra le presenti disposizioni, nonchè sopra le precedenti di cui alla accennata Circolare di questa Sacra Congregazione del 24 Maggio 1939, invitandoli a curarne la regolare osservanza.

In tale intesa con particolare ossequio mi professo

dell' Eccellenza Vostra Rev.ma

aff.mo come fratello

✠ G. Card. Bruno, *Prefetto*

L. ✠ S.

F. Roberti, *Segretario*

(*A. A. S.* vol. 45, pag. 101-102)

ANNOTAZIONI

Tra le provvidenze emanate dalla S. Sede negli ultimi anni per assicurare la buona conservazione del patrimonio storico ed artistico tuttora posseduto dalle Chiese e dagli altri Enti ecclesiastici e religiosi, la presente lettera viene a chiarire alcuni punti che sembravano dubbi, e a stabilire norme pratiche per favorire gli studi ed in genere gli interessi della cultura, senza venir meno alle esigenze della diligente custodia.

1. Resta inteso che fra i cimeli e gli oggetti, per i quali sussiste l'obbligo di chiedere l'autorizzazione preventiva della S. C. del Concilio per inviarli ad Esposizioni o Mostre, sono compresi tutti gli scritti di notevole valore storico e culturale, cioè gli antichi documenti, i volumi degli archivi, i codici, le miniature, gli autografi di personaggi insigni, i manoscritti musicali, ecc. Ad essi si applicano le disposizioni stabilite dalla stessa S. C. in data 24 maggio 1939, allo scopo di assicurare le garanzie della custodia ed evitare al possibile danni e deterioramenti.

Si ritiene che, ove manchi il Delegato diocesano per gli Archivi, l'Ecc.mo Ordinario potrà inviare alla S. C. il parere di persone prudenti ed esperte.

2. Norme particolari vengono a regolare l'accoglimento delle richieste, che spesso sono presentate da Istituti scientifici o da privati per ottenere dalle Autorità Ecclesiastiche il prestito di documenti a scopo di studio o per farne oggetto di pubblicazione.

Lo studio dei documenti storici è stato costantemente favorito dalla Chiesa nella misura più generosa. Basti ricordare la somma liberalità che studiosi di ogni nazione trovano negli Archivi della S. Sede e nella Biblioteca Apostolica, e le lettere circolari inviate dalla Segreteria di Stato agli Ecc.mi Ordinari d'Italia in varie oc-

casioni, tra cui quella del 15 aprile 1925, che conferma e completa le precedenti del 30 settembre 1902 e del 12 dicembre 1907, per « la conservazione, il buon ordine e l'uso utile »... « della preziosa eredità di pergamene e carte, di libri manoscritti e stampati e di opere artistiche di ogni genere, che le nazioni più colte e più ricche ammirano con invidia » (pubblicata in *Enchiridion Clericorum*, Città del Vaticano, 1937, p. 612-23).

La sollecitudine per la conservazione e lo studio degli scritti, che costituiscono la testimonianza delle molteplici attività svolte dalla Chiesa nei secoli, non si limita ai grandi cimeli storici, ma giunge fino ai più modesti archivi parrocchiali: con lettera del 1° novembre 1942 (publicata in *Acta Ap. Sedis*, XXXIV, 1942, pp. 384-89) l'Em.mo Cardinale Bibliotecario ed Archivista di S.R.C. ordinava, « per augusto incarico » del S. Padre, il censimento degli Archivi Ecclesiastici d'Italia; ed anche in quell'occasione si riaffermava che lo scopo non era solo « di essere ed apparire possessori ed amministratori perfettamente coscienti, studiosi di mantenere... ciò che si ricevette in eredità dagli avi, quanto perchè si possa metterlo in valore con vantaggio ed onore della Chiesa e profitto della scienza ».

Nello stesso intendimento, per favorire gli studi e le ricerche scientifiche, lo stesso Eminentissimo rivolgeva nel novembre 1950 autorevoli consigli ai Custodi di Biblioteche, Archivi e Musei di proprietà ecclesiastica riguardo alla fotografia dei cimeli loro affidati (il testo dei « Consigli » si può avere presso la Biblioteca Vaticana).

Di fatto il progresso della tecnica fotografica, con la possibilità di eseguire buone riproduzioni di documenti con apparecchi di piccolo formato e a prezzo modesto, risolve oggi nella maggior parte dei casi le difficoltà di un lungo studio « in situ » e rende più rara la necessità dei prestiti.

Alcune volte però, in particolari circostanze, il prestito sembra giustificato: occorre allora seguire le norme di cautela fissate nella presente lettera. Tali norme sono ispirate dalla responsabilità per la conservazione degli archivi ecclesiastici, che in Italia, in seguito al Concordato, incombe interamente sulle Autorità Ecclesiastiche, essendo esclusi i nostri archivi dalla tutela e dalla vigilanza che lo Stato Italiano esercita sugli archivi pubblici e privati per la legge 22 dicembre 1939, n. 2006.

Pertanto la concessione del prestito dovrà essere autorizzata dalla S. C. con le stesse modalità stabilite per le Esposizioni e Mostre; ma se i documenti sono richiesti per essere studiati in Roma, essi dovranno essere inviati in deposito temporaneo presso l'Archivio Segreto Vaticano, che è il luogo più adatto per la sua stessa natura

e per i servizi di cui dispone; se poi il prestito è richiesto fuori di Roma, la S. C. deciderà di volta in volta quale Istituto debba essere scelto come sede del deposito, preferendo di massima un Ente ecclesiastico o religioso.

Un criterio analogo è stato già più volte adottato, con piena soddisfazione degli Enti interessati ed anche degli studiosi, per manoscritti ed incunaboli inviati in deposito presso la biblioteca Vaticana ed altre biblioteche ecclesiastiche.

In ogni caso, s'intende, è escluso il prestito a privati.

3. Un terzo punto richiama la lettera, su disposizioni che taluno in buona fede considera decadute. Spesso è accaduto nei secoli passati che per difendere archivi e biblioteche da eventuali spoliazioni, anche da parte di persone autorevoli, i Vescovi o direttamente la S. Sede emanassero solenni proibizioni di estrarre libri e documenti sotto pena di censure ecclesiastiche; altre volte una proibizione formale è stabilita dal fondatore e da donatori.

Tali proibizioni particolari, espresse con Bolle, Brevi o Decreti, devono considerarsi tuttora in pieno vigore, e di esse perciò dovrà tenersi conto prudentemente anche nel caso di prestiti.

Giulio Battelli
Archivista dell'Archivio Segreto Vaticano

SACRA RITUUM CONGREGATIO

I

ROMANA

Quamplurimi Sacrorum Italiae Antistites Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII enixas preces detulerunt ut, ad intelligentiam ac pietatem populi fovendam, in administratione Sacramenti Baptismatis tam parvulorum quam adultorum quaedam formulae vernacula lingua proferri valeant. His precibus Sacrorum Rituum Congregatio deferens, versionem in italicam linguam interrogationum ac responsionum in administratione Baptismatis praeparare sategit, quam Eidem Sanctissimo Domino nostro pro opportuna approbatione reventer subiecit.

Referente vero infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Cardinali Pro Praefecto in audentia diei 9 Maii anno 1952, Sanctitas Sua interrogationes et responsionem praefatas, prouti in inferiori prostant exemplari, probavit easque adhiberi posse benigne indulsit; hac tamen conditione ut in editionibus Ritualis Romani textus latinus cum versione italica ponatur. Servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 2 Februarii 1953.

\+ C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. + S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

(*A.A.S.* vol. 45. pag. 194-195).

II

ROMANA

Sanctissimus Dominus noster Pius Divina Providentia Papa XII precibus quamplurimis Sibi porrectis libenter deferens, statuere benigne dignatus est ut invocationibus in fine Missae et in Benedictione Ss.mi Sacramenti recitandis, post verba: *Benedetta la Sua*

Santa e Immacolata Concezione, addatur: *Benedetta la Sua gloriosa Assunzione.*

Datum Romae die 23 Decembris 1952.

+ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. + S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

ADNOTATIONES

Sacrae Rituum Congregationis decretum, quo Beatissimus Pater Italiae fidelibus indulsit partem activam habere in sacra Baptismatis liturgia vulgari idiomate ministri interrrogationibus respondendo, magno gaudio cunctos affecit. Quamplurimi enim Sacrorum Antistites Italiae de christifidelium sibi commissorum bono valde solliciti hanc facultatem expostularunt, quia supremam liturgiae gravitatem latino sermone expressam non omnes animadvertunt, ac praesertim patrini, qui nunc munus sibimetipsis demandatum, clarius firmiusque patrio sermone expressum intelligentes, majore alacritate perfuncturi sunt.

Ampliores concessiones praeteritis temporibus Germaniae, Austriae, Cecoslovachiae, Sloveniae, Ruteniae etc. dioecesibus, Galliaeque recenter, factae sunt, in quibus linguae vulgaris usus non in Bapitsmi tantum administratione circumscribitur, uti nunc apud nos, sed ultra citroque procedit. Non improbabile igitur timendum vulnus sic in sacra liturgia peractum dilatari posse! Pro certo enim habere debemus vulgarem linguam in sacram liturgia divisionem semper non unitatem operasse ac producturam fore, quia idiomatis unitas intime connectitur cum unitate Ecclesiae, et Ecclesia ipsa etiam unitate linguae notam habet supernationalitatis.

Jam a tertio saeculo lingua latina propria exstitit Ecclesiae Romanae, immo et in suis formulis liturgicis validum argumentum dogmaticum in controversiis praebuit, juxta illud: Lex orandi lex est credendi. Huiusmodi igitur in sacra liturgia vulgaris linguae substitutio saeculari linguae latinae Patrum, Theologorum, Doctorum, etc., valde timenda est tum propter saecularis praestigii amissionem, tum insuper propter damma unitati sacrae liturgiae.

* * *

Post dogmaticam definitione de corporea B. M. V. in caelum Assumptione, quam universi orbis christifideles laetanter excepe-runt, Beatissimus Pater, ut etiam in precibus post Missam sacrasque

functiones recitandas de hoc mysterio mentio fiat, benigne indulgere dignatus est. Ideoque post verba: « *Benedetta la sua Immacolata Concezione* » addenda est invocatio: « *Benedetta la sua gloriosa Assunzione* ».

Preces post Missam recitandas prius Pius Papa IX anno 1859 imperavit ad impetrandam Dei opem, quam tempora difficilia et aspera flagitabant, in templis omnibus Dictionis Pontificiae; eas Leo XIII S. Rituum Congregationis decreto diei 6 Januarii anno 1884 ut in posterum in omnibus tum Urbis tum catholici orbis Ecclesiis recitarentur praecepit. Constant tribus « Ave Maria » alternatim cum fidelibus dicendis, « Salve Regina » ac duobus Orationis: « Deus noster... » et « Sancte Michäel... ».

Beatus vero Pius X. die 7 Julii anno 1904 ut ter « Cor Jesu sacratissimum, miserere nobis » adderetur mandavit; tandem Benedictus XV die 24 Novembris 1915 praescripsit ut huiusmodi preces continuarentur, licet imperatae fuissent causis mere contingentibus; Pius autem XI Consistoriali allocutione diei 30 Junii 1930 post pacem Italiam inter et Apostolicam Sedem perfectam, jussit ut pro Russiae conversione continuarentur.

Heae preces in omnibus Missis privatis tantum ubicumque celebratis, flexis genibus in suppedaneo a sacerdote (decr. 3637, VIII) recitantur; ideoque vetantur in Missis cantatis licet sine ministris et in Missa conventuali (decr. 3697, VII). Omitti tamen possunt in Missis lectis quae peculiarem habent solemnitatem, uti Missa S. Cordis Jesu prima feria VI mensis, Missa Communionis generalis, Confirmationis, Ordinationis, Nuptiarum, etc, quando Missam immediate sequitur alia sacra functio, aut pium aliquod pietatis exercitium, uti absolutio super tumulum, benedictio SS. Sacramenti, triduum, octiduum, etc. (decr. 4305).

Praefatis dispositionibus Precum recitationem imperantibus non obstantibus, Ritus servandus in celebratione Missae (XII. 5, 6) habet et nunc: « Finito Evangelio Sancti Joannis, sacerdos, descendens ab altari, pro gratiarum actione dicit Antiphonam: « Trium puerorum... », cum reliquis, ut habetur in principio Missalis mentionem minime faciens ipsarum precum, quod clare indicat easdem proprias non esse liturgiae eucharisticae. Incongruum enim est alias preces recitare quando fidelibus dictum est: Ite Missa est! Curandum est igitur ut fideles activam partem habeant Sacrorum Mysteriorum celebrationi, et ubi maior huiusmodi participatio, ibi minor necessitas alias collectivas preces addendi.

Silverius Mattei
S. Rituum Congr. a Studiis

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD REDIGENDUM CODICEM IURIS CANONICI ORIENTALIS.

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

I

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE « CREBRAE ALLATAE SUNT » (XXII MENSE FEBRUARIO, ANNO MDCCCCXXXXIX). DE DISCIPLINA SACRAMENTI MATRIMONII.

CANONIS 85 INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. — Utrum sacerdos, latini ritus, legitime assistens nuptiis inter partem catholicam orientalis ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum canonis 1102 § 2 C.I.C., an praescriptum can. 85 Litterarum Apostolicarum « Crebrae allatae sunt ».

R. Affirmative ad primam partem; negative ad alteram.

D. II. — Utrum sacerdos, orientalis ritus, legitime assistens nuptiis inter partem catholicam latini ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum canonis 1102 § 2 C.I.C., an praescriptum canonis 85 Litterarum Apostolicarum « Crebrae allatae sunt ».

R. Negative ad primam partem; affirmative ad alteram.

II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE « SOLLICITUDINEM NOSTRAM » (VI MENSE IANUARIO, ANNO MCML). DE IUDICIIS.

CANONIS 72 § 1 n. 6. INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. — Utrum tribunal appellationis de quo in can. 72 § 1 n. 6 « a Patriarchis partium diversi ritus in causa » designandum, constituendum sit a Patriarchis in causa datis decretis pro singulis appellationis causis, an unico decreto pro omnibus.

R. Negative ad primam partem; affirmative ad alteram.

D. II. — An verba can. 72 § 1 n. 6 « a Patriarchis partium diversi ritus in causa » intelligenda sint de omnibus Patriarchis fidelium quorum Hierarchae, ad normam can. 39 § 1, convenerunt de unico tribunali constituendo.

R. Affirmative.

CANONIS 151 § 1 INTERPRETATIO AUTHENTICA

D. I. — An verba can. 151 § 1 « in quolibet suae eparchiae loco » ita intelligenda sint ut Episcopus possit, per se vel per alium, intra fines sui territorii, valide et licite actum potestatis iudicialis ponere etiam in locis quae sunt exclusivae iurisdictionis alius ritus, dummodo adsit expressus consensus Hierarchae praedictorum locorum.

R. Affirmative.

D. II. — Utrum interpretatio data in responsione ad I sit declarativa an extensiva.

R. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Datum Romae, die 8 m. Ianuarii a. 1953.

De speciali mandato Sanctissimi

M. Card. MASSIMI, *Praeses*

L. + S.

A. Coussa, Basilian. Aleppen., *a Secretis*

(*A.A.S.* vol. 45, pag. 104-105).

ADNOTATIONES

1

In Motu proprio « *Crebrae allatae sunt* » Summus Pontifex Pius XII, Hierarchiae Orientalis vota benigne excipiens id sibi proposuit, ut, sicut Ipse dicit « quoad fieri posset, ecclesiastica disciplina ad matrimonialia impedimenta et ad formam ineundi nuptialis foederis pertinens unius tenoris redderetur ». His verbis satis innuitur legis auctorem ex una parte curasse unificationem iuris orientalis et occidentalis, ex altera parte vero iustas huius studii unificationis limites admisisse. Non desunt enim quaestiones in quibus traditio et disciplina vigens Ecclesiae Orientalis sine damno

negligi non potuit. Hoc valet inter alia, sub certis aspectibus saltem, etiam de forma celebrationis matrimonii.

In Occidente ex celebri Decreto Concilii Tridentini « *Tametsi* » matrimonium ut valeret, — in locis ubi Decretum promulgatum erat — contrahendum erat coram parocho proprio et duobus testibus. In Decreto « *Ne temere* » postea haec innovatio principalis facta est — quae transiit in Codicem Iuris Canonici — loco parochi proprii ad validitatem foederis opus erat ut matrimonio assisteret parochus vel Ordinarius territorii in quo matrimonium celebrabatur. Benedictio sacerdotalis neque secundum Decretum « *Tametsi* », neque secundum Codicem Iuris Canonici requiritur ad validitatem. Diversimode disciplina matrimonialis in Oriente evoluta est. Ex remotis temporibus benedictionem matrimonialem ad validitatem connubii exigebant (an erronee aut iure non est huius loci investigare). Eadem haec persuasio invenitur apud dissidentes et apud catholicos orientales. Ut ex can. 85 novae legis apparet, legis lator vitare volens quae religiosum hominum spiritum debilitare possint, providensque ne inde errores nascantur, (cf. can. 1 Motu proprio « *Crebrae allatae sunt* ») traditioni antiquae orientali obviam venit et in dicto can. 85 inter condiciones validitatis matrimonii requirit « ritum sacrum » (§ 1), i. e. interventum « sacerdotis adsistentis ac benedicentis » (§ 2).

Propter magnam aestimationem quam de sanctitate matrimonii habebant, Orientales difficulter quoque admiserunt omissionem ritus ubi de connubio catholicum inter et dissidentem agebatur. SS. Romanae Congregationes initio aegre talem celebrationem ferebant. Decursu temporis vero, ubi cautiones ab Ecclesia praescriptae praestabantur, Summi Pontifices talem modum procedendi toleraverunt (cf. Instructionem S. Congregationis de Propaganda Fide, Ad Episcopos Rumaenos, a. 1858, *Collectanea S. C. de Prop. Fide*, t. I, n. 1154, p. 625; S. Officium, Instructio ad omnes Episcopos orientales, an. 1888, ibid. t. II,, p. 233, nn. 2 et 4). Grave enim periculum haberi solet, ne sponsi, negata benedictione catholica, sacerdotem dissidentem adeant, vel pars acatholica, se vinculo religioso non ligatam censens, data occasione a parte catholica discedat et novum matrimonium ineat. Ob has rationes in Motu proprio omissus est can. 1102, § 2, Cod. I. C. ubi de vetito sacri ritus, praecipue missae, in celebratione matrimonii mixti statuitur.

His dictis de diversitate considerandi et valutandi benedictionem matrimonii in nuptiis quae inter catholicum et acatholicum ineuntur, iam ad ipsa Dubia veniamus. Nituntur Dubia in eo quod habetur differentia ritus inter sacerdotem qui adsistit nuptiis, et fidelem catholicum qui matrimonium cum parte acatholica contrahit. In

priore Dubio sacerdos est ritus latini, fidelis ritus orientalis; in altero Dubio sacerdos est ritus orientalis et fidelis ritus latini. Breviter essentia dubii hac forma exprimi potest: in tali casu praevaletne ritus sacerdotis an ritus fidelis catholici? Maioris claritatis causa singula Dubia expendenda sunt. In priore Dubio quaeritur utrum sacerdos latini ritus assistens nuptiis inter partem catholicam orientalis ritus et partem acatholicam sive baptizatam sive non baptizatam, servare debeat praescriptum can. 1102 § 2 Codicis I. C., an praescriptum can. 85 Motu proprio « *Crebrae allatae sunt* ». Hae normae videntur contradictoriae, ut facile demonstrari potest: in can. 1102 § 2 dicitur « *omnes sacri ritus prohibentur* »; in can. 85 § 1 novae legis vero: Ea tantum matrimonia valida sunt quae *contrahuntur ritu sacro* ». Quid igitur eligendum? Primo aspectu forte ea sententia eligenda videtur quae tenet, ubi fidelis est ritus orientalis, servandam esse formam in lege « orientali » statutam, cum legis lator, necessitatem benedictionis introducens, id fecerit fidelium orientalium causa. Ex altera vero parte regula generalis iuris vult eum qui actum iurisdictionis vel similis potestatis exercet, secundum normas quibus ipse ligatur, procedere. Quam ob causam intelligitur Pontificiam Commissionem illam sententiam praeferendam iudicasse quae tenet « ritum sacerdotis qui legitime matrimonio assistit praevalere debere, utpote qui proprios actus iuridicos, in iis praesertim quae formam respiciunt, proprio iuri conformare debet » (Cf. A. Coussa, *De Matrimonio*, n. 10). Idcirco responsum est: (I) sacerdotem, latini ritus, legitime assistentem nuptiis inter partem catholicam orientalis ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debere praescriptum canonis 1102 § 2 C. I. C., non vero canonis 85 Litterarum Apostolicarum « *Crebrae allatae sunt* »; (II) sacerdotem vero, orientalis ritus, legitime assistentem nuptiis inter partem catholicam latini ritus et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, servare debere praescriptum canonis 85 Litterarum Apostolicarum « *Crebrae allatae sunt* », non vero canonis 1102 § 2 C. I. C.

Aliqua vero hic accuratius explicari possunt. Inter ius latinum et ius orientale, quod ad benedictionem matrimonialem attinet, duplex habetur oppositio. Primo benedictio ut pars formae substantialis matrimonii considerari potest seu ut actus ad validitatem matrimonii necessarius, etiam si in solo signo crucis consistit: in iure orientali haec benedictio praescripta est tamquam condicio validitatis matrimonii, in iure latino ad validitatem matrimonii quod attinet, nullius est momenti. Secundo benedictio ut actus liturgicus, sub respectu iuris accidentalis, in libris liturgicis ample explicatus respicitur. In iure latino haec benedictio de se prohibe-

tur in matrimoniis mixtis — salvis certis mitigationibus —, in iure orientali haec prohibitio non existit. Hoc vero notetur oportet: in iure orientali non actu positivo praescribitur ut haec benedictio in matrimoniis adhibeatur; sed vetitum, quod in iure latino viget, non habetur. Verum sane est in canone 91 (Motu proprio) ita dici: « Extra casum necessitatis, in matrimonii celebratione serventur ritus et caeremoniae in libris liturgicis ab Ecclesia probatis praescriptae aut legitimis consuetudinibus receptae. « Hic igitur modo valde generali praescribitur ritus liturgicus receptus; sed consideratur casus ordinarius, in quo nupturientes vel saltem pars catholica pertinet ad ritum orientalem, non casus extraordinarius in quo pars catholica est ritus latini et tamen celebratio matrimonii mixti ritu orientali perficitur. Neque proinde in hoc canone difficultatum ratio habetur quae interdum oriri possunt in tali casu extraordinario; v. g. grave scandalum facile in certis regionibus latinis nasci potest, si caeremoniis liturgicis in mixtis nuptiis sacerdotibus latinis interdictis, sacerdos ritus orientalis matrimonio inter fidelem latinum et partem acatholicam in missa sollemnem benedictionem conferat. Sed etiam ubi non de scandalo fidelium, sed de caerimoniis insuetis et ingratis agitur, v. g. de coronis metallicis in processione solemni ferendis, non insistendum videtur ut omnia in libris liturgicis praescripta necessario perficiantur, praecipue ubi de ritibus agitur qui a partibus perficiendi sunt. In his casibus sacerdotes orientales sine dubio rationem habere debent difficultatum quae ex diversitate ritus oriuntur, etiamsi non explicitae normae de eis statutae sint.

II

Peculiare est Ecclesiae Orientali quod pluribus ritibus componitur et in uno eodemque territorio plures diversi ritus Hierarchae iurisdictionem exercent. Cum autem de se singulae eparchiae diversorum rituum proprio tribunali et propriis administris munitae sint oportet, facile perspicitur ex hac multiplicatione non levem oriri sive personarum sive virium distractionem. Il vel magis urget quod multae ex his eparchiis fidelium numero non superant paroecias latinas mediae magnitudinis. Ut huic statui rerum remedium afferret, Sedes Apostolica, experientia tam in aliqua parte facta [1], probe sciens hac ratione non solum viris parci sed etiam pauciores illos iudices et administros melius praeparari posse, in can. 39 § 1, Motu

[1] Cf. Jh. Kouchakji, Une expérience en cours - Le Tribunal interrituel d'Alep, Proche-Orient chrétien, t. 3 (1953) p. 44-51.

proprio « *Sollicitudinem Nostram* » die 6 Ianuarii 1950 promulgato statuit: « Locorum Hierarchae iurisdictionem in eodem territorio intra patriarchatus obtinentes convenire inter se possunt de constituendo tribunali unico quod causas sive contentiosas sive criminales fidelium cuiusvis ritus alicui ex iisdem locorum Hierarchis subiectorum, cognoscat ». Eiusmodi tribunal unicum, legitime erectum, exclusive competens est iudicare non solum causas exortas inter fideles eiusdem ritus Hierarcharum qui de eo erigendo convenerunt, sed etiam inter causas quae nascuntur inter fideles diversi ritus, Hierarchis diversi ritus in eodem territorio iurisdictionem obtinentibus subiectos. His de tribunali unico primae instantiae stabilitis, providendum deinde erat appellationibus quae ab eius sententiis factum iri praevidebantur.

Antiquis temporibus ab Episcopo ad synodum provincialem vel ad Metropolitam, a synodo provinciali vel a Metropolita ad Patriarcham appellabatur. Deficientibus a pluribus saeculis Metropolitis in patriarchatibus orientalibus, appellatio directe ab Episcopo ad Patriarcham fieri debet. Haec eadem norma etiam hodie applicari potest quoties de appellatione ad superius tribunal agitur in causis inter fideles eiusdem ritus vel etiam inter fideles diversi ritus, ubi tribunal unicum plurium Hierarcharum in eodem territorio iurisdictionem obtinentium non habetur. Hic fit appellatio ad Patriarcham Hierarchae qui causam in prima instantia vidit.

Alia determinatione opus erat si appellatio fieri praevidebatur a tribunali unico in causis ortis inter fideles diversi ritus. De hac explicite statuit Motu proprio « *Sollicitudinem Nostram* », can. 72 § 1, n. 6: « A tribunali unico plurium rituum, de quo in can. 39 appellatio fieri debet ad tribunal designatum a Patriarchis partium diversi ritus in causa ». In hoc canone non immediate determinatur tribunal ad quod spectat appellatio, v. g. tribunal Patriarchae partis appellantis, aut rei, sed designatio tribunalis remittitur ad Patriarchas partium diversi ritus in causa. Non clare apparet utrum Patriarchae indicati tribunal pro singulis appellationibus, an semel pro semper designare debeant, v. g. si lis orta sit inter Melchitam et Maronitam, utrum Patriarchis Melchitae et Maronitae pro hac tantum causa an pro omnibus causis inter Melchitas et Maronitas quae futurae praevideantur, tribunal ad quod a sententiis tribunalis unici appelletur, determinandum sit. Huc refertur Dubium I. Ex Responso liquet a Patriarchis unico decreto pro omnibus appellationibus de quibus locuti sumus, tribunal appellationis esse designandum. Ratio huius decisionis facile intelligitur: hoc modo stabilitati tribunalis eiusque independentiae efficacius providetur.

Verba praeterea legis ita explicari poterant ac si, secundum mentem legislatoris, Patriarchas de designando tribunali singulos cum singulis convenire oporteret. Hoc in DUBIO II explicite proponitur. « An verba can. 72 § 1, n. 6 'a Patriarchis partium diversi ritus in causa' intelligenda sint de omnibus Patriarchis fidelium quorum Hierarchae, ad normam can. 39 § 1, convenerunt de unico tribunali constituendo ». Ex Responso manifestum est omnes Patriarchas in Dubio indicatos convenire debere in designationem tribunalis appellationis. Non dantur normae quibus definitur qua ratione hoc tribunal determinetur, v. g. constitutione tribunalis unici appellationis « interpatriarchalis ». Sed haec relinquuntur Patriarchis qui etiam tribunalia iam existentia ad recipiendas, secundum certas regulas, appellationes designare possunt. Tamen hic quoque observatur Sedem Apostolicam velle unitatem actionis et collaborationem omnium quantum fieri potest, Patriarcharum, cum tali mutua opera et auctoritas tribunalis et administratio iustitiae sine dubio multum proficiant.

III

Non raro accidit quod tribunalia, praecipue in Patriarchatibus Orientalibus, sedem figere debent inter fines sui territorii sed in locis in quibus pauci proprii ritus fideles habentur. Non raro ibi neque ecclesia neque schola proprii ritus existit. Locus magis aptus pro Episcopo vel iudice ab eo nominato in his circumstantiis non raro erit schola vel domus paroecialis alius ritus; sed in locis exclusivae iurisdictionis alius ritus actus iurisdictionis valide non perficiuntur. In simili difficultate quae spectabat adsistentiam sacerdotis in nuptiis fidelium sui ritus, Pontificia Commissio providit statuendo parochum et Hierarcham loci intra fines sui territorii licite et valide assistere matrimonio fidelium sui ritus etiam in locis quae sunt exclusive alius ritus, *dummodo adsit expressus consensus Ordinarii vel parochi vel rectoris praedictorum locorum* [1]. Simul vero declaratum est agi de interpretatione extensiva can. 86 § 1, n. 2. Eadem facultas nunc conceditur quoties agitur de actibus potestatis iudicialis, *dummodo adsit expressus consensus Hierarchae praedictorum locorum.* Etiam hic declaratur in DUBIO II, agi de interpretatione extensiva can. 151 § 1 quae proinde retrotrahi non potest.

AEMILIUS HERMAN S. I.

---

[1] Cf. quae scripsimus in hoc periodico, t. 77, 1952, pp. 421-428.

JURISPRUDENTIA
SACRA ROMANÆ ROTÆ
ALIORUMQUE TRIBUNALIUM
ECCLESIASTICORUM

SACRA ROMANA ROTA

Coram R. P. D. Arcturo Wynen, *Ponente*

TAURINEN.

Nullitatis Matrimonii

1. In Jure. - Disparitas cultus ante Codicem Juris Canonici ab Ecclesia nunquam scripta lege universali constituta erat uti impedimentum matrimonium dirimens. « Canones quippe a Gratiano collecti in causa 28, quaest. 1, revera fidelium cum infidelibus matrimonia prohibent, non ita tamen, ut eadem faciant irrita. Et quamvis facerent, tamen quum Canones illi a Conciliis Provincialibus conditi fuerint, tantam vim obtinere minime possunt, ut iis Universalis Ecclesia obligetur; quamvis praedicti Canones in Gratiani Decreto locum habeant, et illud opus iussu Gregorii XIII emendatum fuerit; ut in quibusdam Nostris Operibus iam in publicam lucem editis satis superque a Nobis probatum est » (Benedictus xiv, in ep. *Singulari Nobis*, 9 febr. 1749; *C. J. C. Fontes*, vol. II, n. 394). Ad quaesitum autem sibi propositum, an illud impedimentum « communi Ecclesiae Catholicae consuetudine susceptum atque firmatum inveniatur », idem Romanus Pontifex respondet: « Qua quidem in re omnes sentiunt, ob cultus disparitatem irrita matrimonia esse, non quidem iure sacrorum Canonum, sed generali Ecclesiae more, qui pluribus abhinc saeculis viget ac vim legis obtinet » (loc. cit., § 10).

2. - Lex scripta a Codice Juris Canonici statuta sic sonat: « Nullum est matrimonium contractum a persona non baptizata cum persona baptizata in Ecclesia catholica vel ad eandem ex haeresi aut schismate conversa » (can. 1070, 1). Impedimentum ita determinatum differt aliquatenus ab impedimento prouti vigebat, vi universalis consuetudinis, ante Codicem. « Impedimentum, iuxta novam disciplinam, — legimus apud De Smet, *De spons. et matr.*, ed. 4, n. 586 — secus ac iuxta disciplinam anteriorem, iam non exsurgit inter unam personam non baptizatam seu infidelem, et alteram *quomodocumque* baptizatam. Oportet ut haec altera pars fuerit, ad normam can. 1070, 1, « baptizata in Ecclesia catholica vel ad eandem ex haeresi aut schismate conversa », i. e. fuerit *baptismo* vel *professione* catholica ».

Rationes vero mutatae disciplinae a Gasparri sic exponuntur: « Ratio praecipua impedimenti disparitatis cultus, tuendae scilicet fidei partis catholicae, non verificatur si pars est quidem baptizata, sed extra catholicam Ecclesiam, scilicet in haeresi praesertim vel schismate vivit. Praeterea non est ratio reddendi nulla tot matrimonia, quae ab haereticis et schismaticis baptizatis contrahuntur cum infidelibus. Tandem valde dubitatur de valore baptismi collati in pluribus sectis acatholicis; hinc valde difficile erat diiudicare de validitate matrimonii ab ipsis contractis, quando ad fidem catholicam convertuntur » (*De matr.*, ed. 1932, n. 587).

3. - Quaeritur autem, an ad validitatem baptismi ex parte subiecti, quando agitur de homine adulto usum rationis habente, requiratur fides; et deinde, an et qualis intentio in baptizando necessaria sit.

Divus Thomas ad quaestionem: « Utrum fides requiratur ex parte baptizati » sic respondit: « Duo efficiuntur in anima per baptismum, scilicet character et gratia. Dupliciter igitur aliquid ex necessitate requiritur ad baptismum: uno modo, sine quo gratia haberi non potest, quae est ultimus effectus sacramenti; et hoc modo recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum... Alio modo requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismatis imprimi non potest; et sic recta fides baptizati non requiritur ex necessitate ad baptismum, sicut nec recta fides baptizantis, dummodo adsint cetera quae sunt de necessitate sacramenti; non enim sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei » (*Summa Theol.*, Pars tertia, quaest. XLVIII, art. VIII). Cfr., etiam Billot, *De Ecclesiae sacramentis*, ed. 7, Romae 1931, tom. I, p. 266.

Fidem ad validitatem baptismi non esse necessariam, est sententia communis Doctorum. Audiatur adhuc Ferraris (*Bibl. Can.*, v. Baptismus), qui, praemisso quod « in adultis ad recipiendum baptismum valide et fructuose requiruntur tres dispositiones », nempe consensus voluntarius (de quo infra), fides, et dolor de peccatis personalibus mortalibus, docet: « Ad valide autem recipiendum baptismum in adultis ratione utentibus requiritur solummodo prima dispositio, scilicet consensus voluntarius... Unde si quis adultus sine actu fidei et doloris de peccatis commissis baptismum susciperet, valide eum susciperet, quia characterem reciperet, non tamen fructuose, quia non reciperet gratiam » (n. 24 ss.). Deinde Auctor inter alia citat celebrem Decretalem *Maiores* Innocentii III (cap. 3, X, III, 42), qui docet, quod « baptismi suscipit sacramentum », et « characterem suscipit Christianitatis impressum », ille quoque, « qui *ficte* ad baptismum accedit »; atque Ferraris verbum

« ficte » sic explicat: « Recedente vero fictione, id est posito actu fidei et doloris de peccatis, tum gratiam et ceteros effectus reciperet absque reiteratione baptismi ex vi praeteriti baptismi recepti sine fide et dolore de peccatis, quia Sacramentum irreiterabile non debet carere suo fructu recedente fictione recipientis, id est adveniente vera fide et vero dolore de peccatis commissis » (loc. cit., n. 32 s.). Quare Defensor vinculi deputatus inepte ex Decretali Innocentii III deducit, ad validitatem baptismi non requiri intentionem baptizandi. De qua intentione statim plura.

4. - Codex quoad baptismum adultorum, « qui rationis usu fruuntur », declarat: « satis est ut suo quisque *animi motu* baptismum *petat* et ad illum admittatur » (can. 745, § 2). Et alibi de praerequisitis in adultis statuitur: « Adultus, nisi *sciens et volens* probeque instructus, ne baptizetur; insuper admonendus ut de peccatis suis doleat » (can. 752, § 1). Quoad validitatem baptismi in hoc canone manifesto postulatur in adulto tantummodo, ut « sciens et volens » ad baptismum accedat; etsi enim adultus non fuerit « probe instructus » neque « de peccatis suis doleat », tamen baptismus est validus et per eius receptionem talis baptizatus eo ipso fit pars, si non « animae », saltem « corporis » Ecclesiae, sicuti Theologi dicere solent. Cum vero Defensor vinculi audacter declaraverit: « Ne Codex quidem postulat *intentionem* recipiendi baptismum », praestat citare aliquos probatos Auctores, qui ex citatis canonibus necessitatem intentionis deducunt.

5. - Cappello (*De sacramentis*, ed. alt., vol. I, n. 154) ex can. 752, § 1, deducit: « Intentio requiritur ad baptismum valide recipiendum ». Wernz-Vidal (*Jus can.*, vol. IV, n. 33) docet: « Adulti, qui usum perfectum rationis adepti sunt..., validi baptismi capaces non sunt, nisi ipsi saltem habuerint voluntatem sive intentionem a vi absoluta liberam recipiendi baptismum; can. 754 ». Vermeersch (*Theol. Moralis*, ed. 4) scribit: « Ad validam sacramenti susceptionem » requiritur « in adultis, susceptio voluntaria, saltem hoc sensu quod non sit physice coacta, repugnante interiore voluntate; ac praeterea, secundum communissimam sententiam, voluntas saltem habitualis implicita... Quia tamen qui sacramentum suscipit, qua talis, non agit, voluntas virtualis quae actum reddat humanum, per se non est necessaria » (n. 182). Et ad quaesitum: « Quid, si adultus ficte seu simulate accedat ad sacramentum suscipiendum; i. e. si ritum quidem externum ultro accipiat, nolens simul interne sacramentum? » respondit: « Satis constat nihil obtineri sacrilega ista susceptione sacramentorum quae characterem non imprimunt... Communior opinio negat quoque valere baptisma, confirmationem atque ordinationem eius qui corde dissentit dum ore vel ipso ac-

cessu sacramentum postulat » (n. 183). Et ubi in specie de baptismo agit, idem Auctor simpliciter declarat: « Ad valorem sacramenti in adulto, voluntas suscipiendi baptismum est necessaria » (ibi, n. 222). Addit tamen: « Multi eandem (voluntatem habitualem expressam) exigunt pro valida baptismi susceptione » (ibi, n. 185). NOLDIN-SCHMITT (*Summa Theol. Moral.*, ed. 19, vol. III, n. 41) ad rem haec tradit: « In adultis... ad valide suscipienda sacramenta requiritur intentio saltem habitualis implicita suscipiendi tale sacramentum. Quare non sufficit, ut sacramentum positive non respuant, sed omnino requiritur positiva voluntas suscipiendi sacramentum, eaque vera et seria ». Et apud HÜRTH-ABELIAN (*De sacramentis*, Romae 1947) legimus: « In adultis... per se requiritur quoad omnia sacramenta intentio habitualis saltem implicita... In baptismo... requiritur intentio habitualis explicita » (n. 25). « Invalide recipit sacramentum qui simulate et ficte, non tantum indisposite, suscipit » (ibi, n. 27).

Ideo nullo modo sustineri potest dictum: « Ne Codex quidem postulat intentionem recipiendi baptismum », quoniam probati Auctores, qui Codicem interpretati sunt, omnino contrarium proclamaverunt. Ceterum necessitas intentionis ad valide recipiendum baptismum etiam ab Auctoribus ante Codicem scribentibus declarata est. Ita SCHMALZGRUEBER (*Jus eccl. univ.*, tom. III, n. 31) scripsit: « Valide conferri baptismum potest omni homini viatori, qui eundem positive velit, si sit adultus ». Et LEHMKUHL (*Theol. Moralis*, ed. 12, n. 100) dicit: « Necesse est, ut ipsi (qui usum rationis perfectum umquam adepti sunt) voluntatem recipiendi baptismum aliquo modo habuerint vel habeant ».

Immerito autem in contrarium adducitur epistola *Postremo mense*, 28 febr. 1747 (*C. J. C. Fontes*, vol. II, p. 62 ss.), veluti si Benedictus XIV declarasset (n. 48), ad validam susceptionem baptismi non requiri intentionem ex parte baptizandi. Siquidem Summus Pontifex clare docuit: « Cum ergo voluntatis sive intentionis in adulto, quoad baptismum necessitas certa sit, is debet ideo interrogari, quo esset animo aut voluntate » (n. 44). Et idem Summus Pontifex, postquam falsas reiecit sententias, declarat: « Quod si nulla sit reliqua dubitatio, planeque constet hac luce clarius, adulto baptismum accipienti nullam prorsus fuisse voluntatem aut intentionem, nil restat aliud, quam eundem et hortari et admonere, ut rite id faciat, quod iam irrito fecit, et suscipiat absolute ac libere Sacramentum; ac si obstinate repugnet, tum nihil aliud superest, nisi ut remittatur » (loc. cit., n. 51). Et de procedura in tali casu adhibenda docet: « (Baptizatus) profecto est ante ceteros audiendus et interrogandus; cavendum tamen, ne inconsulto fides eidem illico habeatur, ubi responderit se baptizatum non libere, sed invito... In

hoc rerum statu, quid solet consilii capere Judex cautus et prudens? Clamores aspernatur, respuit iusiurandum, nisi hoc idem comprobent adiuncta plurima et circumstantiae antecedentes, concomitantes, et subsequentes, et eae quidem momenti sint ineluctabilis et inconcussi » (n. 50).

6. - Quamvis Auctores ad validam susceptionem baptismi ex parte adultorum concorditer exigant positivam voluntatem seu intentionem baptizandi, tamen discordes sunt in determinanda ultima specie illius intentionis. Equidem intentionem actualem aut virtualem nemo dicit requiri. At uni generatim dicunt sufficere ut baptizandus « aliquo modo » habeat intentionem recipiendi baptismum; alteri postulant intentionem habitualem saltem implicitam; tertii exigunt intentionem habitualem explicitam. Non spectat ad Nos Judices decidere hanc rem discussam, quae magis est theologica quam iuridica; neque hoc causae praesentis interest. In praxi vero Judex baptismum nequit declarare nullum, qui saltem cum intentione habituali implicita receptus est.

Praestat vero adhuc notare, quaenam intentio in baptizando requiratur, ut considerandus sit uti « in Ecclesia catholica » baptizatus. Ad rem scribit Gasparri (*De matr.*, ed. 1932, vol. I, n. 569): « Baptismus censeri debet collatus *in Ecclesia catholica*, si subiectum illum petit cum expressa vel tacita intentione se velle per baptismum Ecclesiae catholicae aggregari... Nisi contrarium probetur, praesumi debet subiectum, in petendo baptismo a ministro, habuisse intentionem se velle aggregari religioni, quam minister profitetur, et ideo religioni catholicae, si baptismi collationem a ministro catholico postulat ».

7. - Quibus praemissis, iam aggredienda est quaestio, quid tenendum sit de dubio iuris, si quod, post contractum matrimonium, oriatur de validitate baptismi collati. « Praeteritis temporibus — legimus apud Gasparri, loc. cit., n. 576 — *S. C.S. Officii* (et etiam S. C. C. post ipsam) sequebatur in sua praxi hoc principium: Baptismus dubius habendus est uti validus in ordine ad matrimonium; hinc si baptismus unius partis erat dubius et baptismus alterius partis erat certus, non exsistebat impedimentum disparitatis cultus, et ad normam huius principii citatae SS. CC. solvebant casus sibi propositos ». — « Postea — prosequitur Auctor, postquam non pauca exempla illius praxis adduxit, in n. 580 — S. C. S. Officii suam praxim mutavit; et casus resolvit non ad normam memorati principii, sed ex simplici praesumptione iuris, quae cedere debet veritati. Nam si una pars non erat baptizata et altera dubie baptizata, S. C. respondere consuevit, dispensans ad cautelam ab impe-

dimento disparitatis cultus et concedens ad cautelam sanationem in radice, sed pars poterat etiam petere declarationem nullitatis sui matrimonii ob impedimentum disparitatis cultus. Quae probant S. C. ab antiquo principio recessisse. Codex posteriorem hanc S. C. praxim recepit, ut clare apparet ex Actis praeparatoriis ».

Antiquam praxim S. Officii hac in re Gasparri in antecedenti editione sui Operis, anno 1904 publicata, sic explicavit: « Ratio horum omnium ea esse videtur, quia consuetudo, quae hoc impedimentum induxit, hos casus non respiciebat, ideoque impedimentum in eis non exsistit » (*De matr.*, ed. 3, n. 686). Cappello ad eandem rem haec animadvertit: « In iure antiquo, contra, magna erat DD. controversia, num exsisteret praesumptio iuris tantum, vel limitatio legis, aut implicita dispensatio » (loc. cit., n. 419, d).

Quare antiqua praxis S. Officii vel ex eo explicanda est, quod impedimentum disparitatis cultus, tunc temporis mera consuetudine introductum et qua dirimens matrimonium meri iuris ecclesiastici, non considerabatur comprehendere casus dubie baptizatorum, vel quod in eiusmodi casibus Summus Pontifex, audita quadam generali relatione a S. Officio exarata, ab ambitu illius impedimenti excluserit casus dubie baptizatorum. Quidquid sit, Judex ecclesiasticus cavere debet, ne aliquam ex illis antiquis decisionibus S. Officii hodie applicet in ferenda sententia.

8. - Neque ei licet principium: « In re dubia privilegium fidei gaudet favore iuris » (can. 1127), statutum pro dissolutione vinculi « in favorem fidei ex privilegio Paulino » (can. 1120, § 1), conferre ad causas nullitatis matrimonii ex capite disparitatis cultus. Wernz-Vidal (loc. cit., vol. V, n. 631, III) scribit quidem: « Speciatim de dubio circa baptismum et de dubio circa matrimonium in infidelitate contractum plures adsuntt S. O. declarationes, ex quibus iam videtur inferri, baptismum et matrimonium dubium, post diligentem inquisitionem factam ad dubium solvendum, esse habendum pro valido vel invalido prout validitas vel invaliditas viam aperiat baptismo et usui privilegii Paulini, salvis terminis essentialibus huius privilegii ». Similiter De Smet (*De spons. et matr.*, ed. 4, n. 355), qui tamen post interpretationem canonis 1127 animadvertit: « Seponitur autem hypothesis canonis 1070, § 2, hypothesis nimirum dubiae validitatis matrimonii ratione dubii circa baptismum alterutrius, in ordine ad impedimentum disparitatis cultus ». Nam, sicuti ibi in Nota 3 legimus, in eiusmodi casu « applicandum est principium canonis 1070, § 2, quatenus impedimentum non urgeat, adeoque matrimonium ex hoc capite habendum sit uti validum, ad normam can. 1014, ' donec certo probetur alte-

ram partem (catholice) baptizatam esse, alteram vero non baptizatam ' ».

9. - Si igitur post contractum matrimonium oritur dubium iuris de validitate baptismi collati, unice standum est dispositioni canonis 1070, § 2, qui sic sonat: « Si pars tempore contracti matrimonii tamquam baptizata communiter habebatur aut eius baptismus erat dubius, standum est, ad normam can. 1014, pro valore matrimonii, donec certo probetur alteram partem baptizatam esse, alteram vero non baptizatam ».

10. - Ex capite proinde baptismi invalidi seu impedimenti disparitatis cultus, matrimonium nequit declarari nullum, si baptizandus saltem habuerit intentionem habitualem implicitam. Siquidem ad validitatem baptismi sufficit, ut ille intentionem recipiendi baptismum aliquando elicuerit neque deinceps suam intentionem revocaverit per positivum voluntatis actum simulandi susceptionem baptismi et recusandi per baptismum ingredi in Ecclesiam a Christo Domino fundatam. Si igitur quis, qui (prouti in casu praesenti) sine religione educatus est neque unquam baptizatus est, matrimonium cum persona catholica inire vult et, ut hunc finem assequatur, promptum se declarat ad recipiendum baptismum et ad amplectendam fidem catholicam, haec eius voluntas semel declarata ex parte subiecti baptismi sufficiens est, nisi ante susceptionem baptismi positive sibi proposuerit omnia simulare et remanere in statu paganitatis. Etenim iuxta Hürth-Abelian (*De sacr.* n. 27) « invalide recipit sacramentum... qui simulate et ficte, non tantum indisposite, suscipit », et iuxta Noldin-Schmitt (*Summa Theol. Mor.*, vol. III, n. 41) requiritur « positiva voluntas... eaque vera et seria ».

11. - Quoniam in supplici libello, « anche indipendentemente dalla validità del battesimo », asseritur, quod actrix « aveva posto, sposandosi con Giulio, come condizione *sine qua non*, che egli fosse sinceramente e veramente convertito al cattolicesimo, ed a queste condizioni *de praeterito* era strettamente subordinato il suo consenso », et quod « non vi è dubbio che la conversione e adesione di Giulio alla fede cattolica era stata solo apparente », patet agendum esse etiam de asserta conditione ab actrice suo consensui apposita, a viro autem non adimpleta.

Si actrix reapse eiusmodi conditionatum consensum matrimonialem elicuit, applicandus est can. 1092, n. 4, iuxta quem « conditio semel apposita et non revocata, si (sit) de praeterito vel de praesenti, matrimonium erit validum vel non, prout id, quod conditioni subest, exsistit vel non ». Et cum in casu ageretur de conditione ut aiunt potestativa, cuius adimplementum dependet a vo-

luntate alterius partis, ad verificandam conditionem sufficeret, ut altera pars ante matrimonium, praeter baptismum voluntarie susceptum, vere et sincere amplexus sit fidem catholicam et habuerit intentionem vivendi secundum praecepta religionis catholicae. Quare quoad adimplementum eiusmodi conditionis indifferens est, si illa altera pars, quae postulatum compartis sincere acceptavit, post nuptias decursu temporis fit indifferens vel etiam desertor fidei susceptae. Nequit enim acceptari absurdum, quod vi talis conditionis matrimonium ad tempus indeterminatum vel potius usque ad mortem partis conditionem acceptantis in suspenso maneat.

Romae, 16 februarii 1952.

TRIBUNAL REGIONALE ETRUSCUM

Nullitatis Matrimonii

(B. P.)

SENTENTIA SECUNDAE INSTANTIAE

In Nomine Domini. Amen.

Pio XII feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo tertio, die 31 Decembris 1951, RR. PP. DD. Aemilius Sanesi Officialis et Ponens, Angelus Giorgi et Horatius Pacletti, Judices, in Causa appellationis « Assisiensi - Nullitatis Matrimonii » inter *D. M. B.* actricem in causa, repraesentatam per legitimum suum patronum D. Renatum Ottaviani, Advocatum Rotalem, et *D. F. P.* virum conventum, interveniente et disceptante in causa R. P. B. I. O. M. Defensore Vinculi substituto, hanc tulerunt in secunda instantia definitivam sententiam.

1 - Species facti. - M. B. ortu auxumana in quadam coffearia taberna urbis Fulginii Felicianum Paolillo cognovit, legum doctorem, natione fulginatensem. Inter eos mutuus quidem animorum consensus exortus: dein amor; tum, post duos menses, fides inter eos de iungendo matrimonio commutata. Interlapsis autem quattuor mensibus, die 24 Septembris 1934, in ecclesia S. Damiani, sita in assisiensi paroecia S. Rufini nuptiae celebratae sunt. E coniugali conversatione duae filiae natae sunt sed praemortuae: altera anno 1935, altera anno 1937. Mulier, iuxta medicorum sententiam, ob diabeticum morbum incapax ad generandum reperta est. Inde coniugalis

amor consedit, deferbuit, evanuit. Vir coniugalem fidem praetergredi coepit. Mulier separationem, quam dicunt legalem, expostulavit sive quod vir adulterine se gereret sive quod intentionem petendi divortium manifestavisset (Actrix, N. 13, p. 18). Decretum separationis a magistratu civili, sub specie tamen separationis consensualis, die 22 Martii 1948 obtentum est.

2 - Postea mulier Tribunali Umbrae Regionis supplicem exhibuit libellum, petens ut matrimonium iuridice nullum declararetur ex defectu consensus ob simulationem totalem; sed die 10 Februarii 1949 coram eodem Tribunali dubium hac formula concordatum est: *An constet de nullitate matrimonii in casu ob exclusionem boni sacramenti ex parte viri conventi.*

3 - Sententia affirmativa prodiit die 7 Junii 1950; quam contra Rev. Defensor Vinculi Perusinus appellationem apud Tribunal Regionale Etruscum interposuit. Decreto E.mi Card. Archiepiscopi Florentini diei 29 Augusti 1951 ad eandem appellationem examinandam et causam in secunda instantia cognoscendam atque definiendam Collegiale Tribunal constitutum est. Die 8 Septembris 1951 dubium concordatum est eadem ipsa formula, qua apud Tribunal primae instantiae fuit. Habita est suppletiva instructoria, cuius acta decreto diei 18 Octobris 1951 publicata sunt. Nunc sententia prodit.

4 - In iure. - Tria, ut notum est, sunt bona matrimonii: bonum prolis, bonum fidei, bonum sacramenti. Haec est distinctio, quam primus S. Augustinus proposuit. De quibus vulgatum est et saepe in iurisprudentia refertur, quod S. Thomas habet: « Fides et proles possunt *dupliciter* considerari. Uno modo in se ipsis et sic pertinent ad usum matrimonii, per quem et proles suscipitur et pactio coniugalis servatur. Sed *indivisibilitas*, quam sacramentum importat, *spectat ad ipsum matrimonium secundum se;* quia ex hoc ipso quod per pactionem coniugalem sui potestatem sibi invicem in *perpetuum* coniuges tradunt, sequitur quod separari non possint, et inde est *quod matrimonium nunquam invenitur sine inseparabilitate;* invenitur autem sine prole et fide, quia esse rei non dependet ab usu suo ». In IV. D. 31, q. 1, art. 3. Quamobrem proles et fides de essentia matrimonii sunt in suis principiis, nempe in intentione prolis et in debito servandi fidem (Cappello, *De Matrim.* 16 et 601.); non in ordine exsecutionis. Hinc contrahens potest habere intentionem contrahendi et sese obligandi, sed obligationes non implendi; quo in casu matrimonium per se validum est. Et potest habere intentionem contrahendi sed non sese obligandi et tunc matrimonium irritum est ex defectu consensus.

5 - Quoad bonum sacramenti haec distinctio non viget. Hinc si quis *indivisibilitatem*, ut ait S. Thomas, contrahens excludat, excludit matrimonium ipsum, cum matrimonium *indissolubilitate intrinseca* iure divino gaudeat. Neque ad invaliditatem matrimonii gignendam necessarium est ut excludens rescissionem vinculi verificandae alicui conditioni subiiciat, aut certo vel incerto temporis momento alliget. Sufficit ut perpetuitatem excludat: sive per pactum sive per condicionem proprie dictam, sive tantum per simplicem positivum voluntatis actum. Et ex hoc ipso excluditur sacramentum. Nam matrimonium ad tempus non concipitur.

6 - « *Essentiales matrimonii proprietates* sunt unitas et *indissolubilitas*, quae in matrimonio christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti ». Can. 1013 § 2, ita ut sine ipsis matrimonium substistere nequeat.

7 - « Si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum, aut omne ius ad coniugalem actum vel *essentialem aliquam matrimonii proprietatem*, *invalide contrahit* » Can. 1086, § 2.

8. - Attamen, ubi matrimonium coram competente iudice ex capite exclusionis perpetuitatis vinculi accusatur, haec pro oculis habenda sunt: qui cum intentione contra perpetuitatem vinculi contraxisse contenditur, reapse potuit aut rescissionem tantum socialis seu civilis vinculi intendere, firmo manente religioso et naturali vinculo; aut cuiuscumque vinculi rescissionem, etiam religiosi et naturalis. In priore casu, cum perpetuitas vinculi naturalis et religiosi non fuerit positive exclusa, exclusio non talis fuit ut matrimonium irritaret; in altero, cum perpetuitas vinculi naturalis et religiosi positive fuerit exclusa, matrimonium reapse cum intentione contra bonum sacramenti contractum fuit et ideo irritum est.

9. Singulariter autem quoad divortium, in iurisprudentia canonica praesumptio invaluit et viget, quod qui matrimonium iniit cum intentione divortium faciendi, cum intentione contra bonum sacramenti contraxit. « Praesumendum est contrahentem qui positivo voluntatis actu civile divortium intendit, hoc ipso sibi velle facultatem reservare discedendi a comparte ita ut *aliud valeat matrimonium inire*. Quod est indissolubilitatem matrimonii excludere ». Coram Massimi, 30 Decembris 1937. « Ab hac voluntate (contra perpetuitatem vinculi) haud certe propositum differt, quod quis foveat, *utendi lege divortii*: eo enim spectat lex divortii ut, dirupto vinculo quo quis ligatur, aliud ipse matrimonium contrahere queat ». Coram Grazioli, 30 Junii 1932. Quod etiam recentius in iurisprudentia rotali confirmatur: « *Probata voluntate iuxta legem civilem diverten-*

di, probata praesumitur voluntas quoque *solvendi vinculum divinum ad plenam libertatem recuperandam* ». Coram Stoiffa, 29 Junii 1949. Et iure quidem. Nam qui de divortio cogitat - per se autem evidens est quod vir religiosae conscientiae de faciendo divortio non cogitat - de religionis iure sollicitus non est, et sibi eam libertatem vindicare intendit, totalem nempe et absolutam, quam in regionibus, ubi lex divortii viget, divortium obtinentes, contra fas et religiosa iura sibi consequi praesumunt. Et ideo per eum bonum sacramenti manet exclusum.

10 - In iudiciali vero praxi casus haud raro verificatur, quo prima saltem facie non sufficienter pateat partem, quae contenditur sibi ius divertendi reservasse, de rescissione naturalis et religiosi vinculi seu de pleno faciendo divortio sibi proposuisse. Adhibentur enim et verba et expressiones, quae per se sumptae, et ideo sine ceteris causae adiunctis, et etiam cum ceteris causae adiunctis, aequivoce possunt interpretari, aut de separatione tantum a comparte aut de cuiuscumque vinculi rescissione. Quo in casu iudicis erit penitius animum excludentis explorare et explorata cum ceteris causae elementis componere et caute pensare, ut clare et sine possibilitate aequivocationis pateat quod vere fuerit exclusionis obiectum. Nam « exclusio boni sacramenti confundenda non est cum exclusione boni fidei, scilicet *intentio contraria nupturientis ferri debet in ipsum vinculum;* nam si quis, non obstante vinculi indissolubilitate, certis in adiunctis abiicere et alteri mulieri adhaerere intendit, contra bonum fidei peccat, sed vinculum intactum manet ». Coram Brennan, 4 Julii 1951.

11 - Vix autem animadverti debet quod huiuscemodi contra perpetuitatem vinculi intentionem vere in contrahendo fuisse elicitam, aut prius elicitam virtualiter in contrahendo perseverasse, evincendum est solidis et concludentibus argumentis. In hoc recte quidem et iure insistitur. « Quae dicitur apposita contra indissolubilitatem condicio indubiis argumentis ex tota causae complexione probanda est ». Coram Felici, 28 Februarii 1949. Et rursus: « Probatio intentionis contra bonum sacramenti vere concludens esse debet; desumenda testimoniis omni exceptione maioribus, ex indiciis atque ex circumstantiis nuptias antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus. *Confessio coniugum, quae contra valorem matrimonii pugnat, est tantum adminiculum, quo confirmantur probationes aliunde deductae* ». Coram Teodori, 6 Februarii 1950. Si certae et concludentes probationes deficiant, praevalet praesumptio quae in favorem matrimonii stat et matrimonium invalidum declarari nequit. Can. 1014.

12 - In facto. - Quae de matrimonio - non credimus dici posse theoreticam - sed generice vaga et mere abstracta conventi ante nuptias fuerit opinio; quae hac de re principia, satis quidem dubiae moralitatis vel ipse tenuerit vel - quod valde diversum est - ore tantum iactaverit, ex iis quae *nunc* ipse in iudicio refert, quae actrix, quae aliqui testes, facile deduci est: « Io non credevo all'amore eterno, sia per esperienza mia personale, sia per letture fatte. Quindi ne concludevo che *un legame duraturo matrimoniale non fosse possibile. Quindi seguivo idee divorzistiche* ». Vir conventus, Instr. II°, N. 2, p. 3. « Pensavo che quando due esseri non si amano più, non devono essere costretti a vivere insieme ». Vir conventus n. 3, p. 20. Aliis verbis: via aperienda totali et plenae coniugum seiunctioni: quod succedaneum est liberi amoris.

13 - Actrix de illius opinionibus multa particularia non habet: sed extra communes hominum opiniones illum vagari asserit: « Quanto alla concezione che egli aveva del matrimonio, posso dire che era *stravagantissimo* ». Actrix n. 5, p. 16. Praeterea: « In particolare diceva che non era necessario legarsi con un vincolo matrimoniale, ed anche se questo fosse avvenuto, non era necessario continuare ad essere legati, qualora l'unione del matrimonio fosse infelice ». Actrix n. 5, p. 16. Illius studiorum socius et amicus: « Circa il matrimonio era un po' strano; *parlando con noi diceva che non avrebbe sposato. Diceva che era impossibile vivere sempre con una donna* ». C. R., n. 3, p. 27.

14 - De levitate eius indolis, de facilioribus moribus, de data fide futuri matrimonii pluribus puellis et non servata, haud pauca in actis reperiuntur. C. R., n. 14, p. 28; M. C., n. 3, p. 24; S. P., n. 3, p. 62.

15 - Omnibus igitur perpensis admittamus sane quod fuerit in viro convento haec opinandi ratio et forma; fuerit etiam de matrimonio depravata opinio, perpetuitati vinculi adversa. Haec enim et similia perrarum haud est inveniri in aliquibus, qui ex aliqua adepta scientia nimia levitate contra fas et licitum argumentari praesumunt.

16 - Ast haec mentis forma, haec de matrimonio depravata opinio, operationis intellectus sunt; et donec actus intellectus permaneant et in intellectu terminentur, neque in voluntatem influunt, neque matrimonialem consensum vitiare dicenda sunt. Adeo ut dari casus possit, et reapse saepe datur, quod aliquis haec non probanda principia teneat - et aliquando non teneat sed ore iactet - sed, ubi

agitur de contrahendo matrimonio, honestati et rectae regulae morum se accommodet et valide contrahat: essentialia matrimonii et obligationes et officia non detrectando. Praesertim si religionis principia et rectitudinis sensus non sint radicitus ex animo avulsa.

17 - Quoad vero virum conventum haec statim animadvertenda veniunt. Primum: quod e familia apprime religiosa erat: « Famiglia perfettamente ortodossa ». Excmus A. F., n. 3, p. 43. Et religiosam educationem habuerat etsi praxis desiderabatur: « Di principii religiosi ma non praticante ». A. H. L., n. 3, pag. 38. Alterum: quod ipse quoad matrimonium contrahendum aut non contrahendum non sibi cohaerens apparet. Haec enim, ut iam vidimus, causa erat quod profiteretur se nunquam matrimonium esse contracturum: « Diceva che era impossibile vivere sempre con una donna ». C. R., n. 3, p. 27. Matrimonium contraxit: logice dicendum esset motivum illud non perpetuitatis vinculi eum abiecisse.

18 - Actrix, ut res pro sua thesi fert, contendit cum intentione perpetuitatem vinculi respuente cum contraxisse. « Pochi giorni prima del matrimonio mi fece una proposta che io trovai strana, sebbene non mi maravigliasse, conoscendo ormai a fondo le sue idee. Egli mi disse: Noi ci sposiamo, ma per noi il matrimonio è una pura formalità, *e perciò saremo liberi ognuno di riprendere la nostra strada.* Io accettai subito... quindi a parte *la serietà della proposta che io compresi seria* non diedi ad essa quel valore, che avrei dovuto darle, e ciò a causa dei miei sentimenti profondi per lui ». Actrix n. 5, p. 16. Haec in depositione coram iudice primae instantiae: quae coram iudice appellationis actrix confirmat: « Egli mi diceva che, sposandoci, se domani, ognuno di noi volesse scegliere altra strada, potesse essere libero di farlo ». Actrix, Instr. II, n. 3, p. 8. « Egli parlava su per giù così: E' vero che il matrimonio è un'istituzione religiosa, ma non è detto che qualora noi domani non andassimo d'accordo non ci si debba dividere, ed andare ciascuno per la propria strada. E quindi il matrimonio, continuava, non deve essere che una pura formalità. E questo me lo ha ripetuto sempre ». Actrix, Instr. II, n. 5, p. 9. Alia omittuntur.

19 - Neque ab actrice discrepat viri conventi depositio, non generice quoad matrimonium, sed singulariter quoad illud matrimonium loquentis. « Io dissi alla B. che ci sposavamo sì, ma il matrimonio doveva essere una formalità qualsiasi: ciascuno di noi era padrone di riprendere la sua libertà quando lo avesse voluto ». Vir conventus, n. 6, p. 21. Haec coram Perusino iudice. Coram iudice secundae instantiae positam, ut asserit, reservationem satis

amplius illustravit. « Al mio matrimonio posi questa restrizione che manifestai alla fidanzata prima delle nozze. Presso a poco le parlai così: Sposiamoci pure, ma il nostro matrimonio deve essere una pura formalità di fronte alle esigenze della società nel senso che se il matrimonio dovesse fallire, ciascuno di noi sia padrone di riprendere la propria libertà ». Vir conventus, Instr. II, n. 3, p. 4. « Dissi alla B. che eventualmente avremmo potuto far divorzio. Questo era il mio proposito ». Vir conventus, Instr. II, n. 5, p. 5. Et cum iudici secundae instantiae opportunum visum sit investigare quae significatio praecise danda esset iis verbis ab utraque parte tam saepe repetitis « pura formalità » « prendere la propria strada », « prendere la propria libertà »; et exacte dignoscere ad quos fines in intentione excludentis asserta reservatio se extenderet, et num haec asserta reservatio exsistentiam tamen vinculi adhuc admitteret, vir conventus fassus est se posita reservatione omnimodam libertatem sibi vindicare intendisse. « La libertà che intendevo rivendicarmi era una libertà totale ed assoluta; che quindi non conosceva limiti, e ciò per il bene mio e della B. ». Instr. II, ex off. p. 5. Hinc de tali intentione viri conventi, quae, si iuridice constaret ante matrimonium positive fuisse elicitam, vere matrimonium fuisset irritatura, in ancipiti haerere non licet. Sed fuitne vere ante matrimonium positive elicita?

20 - Quae pars actrix contendit et quae pars conventa deponit, quatenus contra valorem matrimonii sunt, ipsa sola et per se omni valore probandi carent. Probanda igitur manent: et in casu per testes.

Insuper quoad virum conventum, obliviscendum non est quod, ut legis peritus, iura praesumitur callere, et non modo nullitati matrimonii favet, sed iam adfectum in alteram mulierem convertit, sive illam ducendam statuerit (C. R., n. 12, p. 28, A. L., n. 12, p. 35) sive non statuerit (Vir conventus, ex off. p. 22). Quamobrem eius verba caute accipienda.

21 - Adsuntne testes? Tres sunt, quos aut ex actis constat aut asseritur de hac viri conventi intentione aliquid ante nuptias audivisse: C. R., legum doctor, M. V., M. C.. Quos iuvat singulos expendere.

22 - Hoc primi testis testimonium: « Mi consta di questo patto in questo senso che parlando lui alludeva sempre a questa condizione fra i fidanzati sul senso che (se) domani fossero stanchi di vivere insieme sarebbero stati liberi. Si esprimeva così: Il matri-

monio non intendo celebrarlo se non con la riserva che domani non andando bene le cose, ognuno può separarsi. Con questa separazione intendeva di trovarsi libero da questo vincolo, non in rapporto alle conseguenze giuridiche, ma in coscienza avendo posto prima questa intenzione ». C. R., n. 6, p. 27. Et ex officio rogatus respondit: « Il P. celebrò questo matrimonio dopo avere posta ben chiara una condizione nel senso che se la vita coniugale fosse in seguito divenuta troppo gravosa o per una parte o per l'altra, *ognuno fosse libero e sciolto dallo stesso vincolo. Non credo che intendesse la rottura del vincolo*, ma solo di rimaner solo e ricominciare la sua vita. *Circa il modo non so*, ma credo che lui pensava di restar libero: *intendeva una cosa molto ambigua* ». C. R., p. 27. Prior quidem testimonii pars actrici favet; sed posteriore labefactatur. Sibimet enim testis contrarius est. Nam, si vir conventus se liberum et a vinculo solutum se fore volebat, quomodo testis asserere potest se tenere illum noluisse disrumptionem vinculi? Quod si vir conventus rem valde ambiguam intendebat, neque testis certus erat de praeciso obiecto excludentis, neque, si testis verbis standum sit certum erat ipse excludens.

23 - Quoad depositionem M. V., qui plerumque in Gallis degit, haec est: « Una volta nell'imminenza del matrimonio mi dimandava le modalità del divorzio di stranieri in Francia, dal momento che io mi trovavo, come anche attualmente dimoro in territorio francese. Alla mia meraviglia come mai pensasse al divorzio una volta che stava per legarsi con una donna, egli mi diceva che il matrimonio può considerarsi come una semplice formalità dinanzi alla società, ma senza che possa produrre vincoli di sorta; mi aggiunse ancora che egli era d'accordo con la sposa; e ciò mi confermava in seguito alle difficoltà che gli facevo presso a poco con queste parole: bisogna vedere che cosa ne pensa l'altra parte. Penso che il P. dicesse queste cose con intima convinzione: anche tenendo presente il suo carattere di giovane alquanto matterello ». M. V. n. 3, p. 32. « Ricordo di essermi maravigliato del come un giovane che proveniva da famiglia cattolica e stimata dalla popolazione, facesse progetti di divorzio alla vigilia delle nozze ». M. V., n. 7, p. 32. Haec testis depositio de intentione reservantis satis clara est. Neque eidem nocere putamus quod testis postea addat: « Non so precisare che cosa si intendesse con quella riserva ». M. V., n. 8, p. 32. Haec enim responsio potest verisimiliter facto tribui, quod vim positae sibi quaestionis testis non percepit. Sed depositio haec una est: et etiam in favorem thesis actricis interpretrata, necesse est ut contestium depositionibus fulciatur. Hoc autem desideratur.

24 - Parum enim fidei censemus duplici testis M. C. depositioni esse tribuendum. In priore enim depositione ipsi viri conventi depositioni contradicit asserens se de posita celebrandi matrimonii reservatione, ante nuptias nihil ab eo audivisse: addita ratione, quae satis consentanea apparet. « Debbo aggiungere che nell'incontro del P., in cui mi presentò la fidanzata *non mi fece accenno affatto alla intenzione di eventuale separazione;* sarebbe stato poco consolante per la signorina una dichiarazione del genere ». M. C., n. 3, p. 24. « Dopo (nempe post nuptias) mi confidò che prima di sposare era rimasto d'accordo che se non andavano d'accordo si *sarebbero divisi* ». M. C., n. 3, p. 24.

25 - Quod si testis verba accurate perpendimus, haec asserta viri conventi intentio, ut hic expressa est, non necessario importat divortium plenum, seu rescissionem vinculi. Sed potest recte intellegi de ea coniugum separatione, vel perpetua, quae rationabilibus causis aut ipso mutuo coniugum consensu fit, aut quam magistratus ecclesiasticus aut civilis decernit, firmo manente coniugii vinculo. Ipse testis professus est se ignorare quo medio vir conventus vellet uti ad separationem illam vel divisionem efficiendam. « Di preciso non so quale fosse il mezzo tecnico di renderlo libero ». M. C., ex off. p. 25. Haec testis non dixisset, si vir conventus de divortio faciendo ei propositum manifestasset uti saepe, qui sibi divortium facere proponunt, aperte manifestant.

26 - Testis, coram iudice revocatus, valde diversa deposuit: « Quando il P. mi presentò la fidanzata, io rimasi maravigliato ... anche per la mentalità del P. stesso *contraria ad una unione duratura*: infatti *subito mi disse in presenza della signorina che il matrimonio* sarebbe avvenuto quanto prima. *In tal occasione disse che pure sposandosi, se un giorno non fossero andate bene le cose, ciascuno poteva riprendere la sua libertà* ». M. C., n. 2, p. 48. Sed de forma mentis viri conventi perpetuitati coniugalis vinculi adversa, testis antea verba non facerat: de intentione separationis inter coniuges loqui institerat, non de libertate recuperanda, quod satis diversum est. Notitiam propositi contra indissolubilitatem a parte viri non ante nuptias sed post nuptias se dixerat habuisse. Haec quae notabiliter et in favorem actricis depositionem prius redditam immutant, quoad eorum vim probativam non possunt in iudicibus non perplexitatem gignere. Aliquid enim ficti et artificiosi sapiunt.

27 - Hisce quidem testium testificationibus, ut apparet, veluti solidioribus fundamentis probatio thesis actricis innitebatur; sed evidens est quod ex iis in favorem thesis actricis concludi non licet. Restat ut de ceteris testibus videamus.

28 - Hi de reservatione viri conventi aliqua - non multa quidem et aliqui testes satis vaga - noverunt; et eo tempore noverunt aut, ubi inter coniuges animorum dissociatio iam exorta fuerat vel etiam invaluerat, aut habita occasione petitae ab actrice a civili magistratu separationis, quam legalem dicunt.

29 - Fatetur vir conventus: « Rarissimi amplessi coniugali sessuali ci furono nel periodo del 1937 al 1939 o 1940: da allora sono cessati del tutto ». Vir conventus, ex off. p. 22. Et iam uxor duos genuerat filios sed praemortuos. Huc vero accesserat quod, iuxta medicorum responsa, ob diabeticum morbum, quo mulier laborabat, spes filios ab eadem habendi praecisa erat. « Constatata la mia impossibilità ad aver figli, perchè affetta da diabete ereditario, il P. ha raffreddato talmente i rapporti intimi di vita coniugale da condurre una vita quasi da fratello e sorella, quindi dopo la morte della seconda nostra bambina non si fece più uso del matrimonio ». Actrix n. 13, p. 18. Ita res in relationes coniugum profunde inciderat. Adeo ut opinandum sit quod, si partus non male cessissent, et spes habendi filios non evanuisset, dissensio coniugalis aut omnino non exstitisset, aut saltem multum tenuata foret: neque in tali casu praesens causa exstitisset. Sed, interruptis coniugalibus commerciis - nescimus an etiam ante - commercia extraconiugalia, adulterina nempe, a parte viri coepere; unde separatio legalis. Hinc igitur genesis et origo praesentis causae, quae post quattuordecim annos a nuptiis introducta est.

30 - Itaque utrique coniugi post manifestum et ingravescentem infelicis matrimonii exitum, optabilis visus est modus aliquis a matrimoniali vinculo evadendi.

31 - Immo hoc singulare haec causa praesefert. Ubi enim ab alterutra parte contrahitur cum reservatione contra perpetuitatem vinculi, communiter et plerumque bonum prolis respuitur aut cum ipsa reservatione contra indissolubilitatem aut pratice in coniugalibus commerciis excludendo prolem: quippe quod exsistentia prolis matrimonii vinculum firmat et solidat, carentia prolis expeditius relinquit iter ad vinculi dissolutionem. In praesenti casu contrarium verificatur. Vir conventus asserit se perpetuitatem vinculi exclusisse, sed ex contracto matrimonio prolem intendit.

32 - Si ceteri testes de asserta viri conventi intentione contra perpetuitatem vinculi acceperunt, ut iam innuimus, hisce temporis circumstantiis et hisce in adiunctis acceperunt: et ideo tempore suspecto. Nam non censemus suspectum tempus necessario iis fini-

bus esse coarctandum, cum de promovenda canonica nullitatis causa cogitari coepit; sed ad illud etiam tempus esse exstendendum, quo modus abrumpendi vinculi excogitari coepit, sive clara notio de possibilitate adeundi ecclesiasticum magistratum iam haberetur sive non haberetur. Et hoc eo magis dicendum censemus quod, increbrescentibus causis de nullitate matrimonii, cum aliqua de matrimoniali Ecclesiae iure etiam iuris civilis peritis sint nota, saepe, petita a partibus eorum opera ad agendum pro separatione coram civili magistratu, illi aditum etiam ad ecclesiasticum magistratum suadent ac proponunt: si causas obiective veras de nullitate matrimonii reppererint, optime agentes; si minus vera insinuent, pessime. Haec vero in linea principii dicta aestimentur.

33 - Audiamus tamen testes, L. B. S. soror actricis: « *Qualche anno dopo il matrimonio*, M. mi disse *che il matrimonio era finito*, e mi confidò che un giorno il fidanzato le aveva detto che « quando ci saremo stancati, andremo ognuno per la nostra strada »; n. 6, p. 37. A. P. soror viri conventi: « Dopo il matrimonio, non so precisamente il tempo, un paio di volte ho sentito che si parlava fra loro di un patto preesistente. *Non si esprimevano chiaramente:* solo dopo ho potuto connettere ed arguire che quelle reticenze e quell'accenno ai patti preesistenti volessero indicare un accordo di essere liberi nel caso che le cose non fossero andate bene. Vi era un accordo in ciò fra le parti »; n. 6, p. 45. « Penso che ognuno poteva prendere la sua strada liberamente »; n. 8, p. 46. A. P. altera viri conventi soror: « So che in casa durante un pranzo *una delle parti (non saprei quale) disse: tu sai che fra noi c'è un patto.* Questo avvenne dopo il matrimonio, non posso però precisare quanto tempo dopo. *Il patto voleva dire che in caso di dissensi ognuno era il libero di prendere la sua strada. Quale fosse l'intimo significato di questo patto e di queste espressioni non sono in grado di precisare* »; n. 6, p. 41.

34 - Prior testis aliqua refert, quae cum quadam probabilitate possunt de vera intentione disrumpendi vinculi intelligi: sed quando haec praecise acceperit nescimus. Attamen si « matrimonio era finito », certe accepit post animorum inter coniuges dissociationem. Ceterae duae testes nihil certi et positivi referunt: ex subobscuris auditi sermonis verbis aut ex reticentiis aliquid coniecturant: veram intentionem vel unius vel alterius coniugis ignorant. Coniecturare non est scire. Et ideo testes de scientia dici non possunt.

35 - Unica testificatio, quae clara sit et, quoad tempus acceptae notitiae, certa, est R.mi D. A. F., Vicarii Generalis Fulginaten., nunc Ex.cmi Episcopi Tiburtini « Ho saputo dal P. e dalla B.

che prima del matrimonio ci sia stata una specie di convenzione di prendere ciascuno la propria strada, qualora si fossero verificate le condizioni sfavorevoli all'armonia familiare. *Ho saputo questo circa tre anni fa* »; n. 6, p. 43. Exc.mus testis rem ut accepit, historice refert. Sed tres ante annos dissidium coniugale iam insanabile apparebat; et, dato etiam quod de praesenti causa coniuges adhuc non loquerentur - quod tamen esset probandum - dissolutio vinculi iam erat in votis et quaerebatur.

36 - Testificationes advocati A. L. et A. M. L. depositionibus iam allatis et expensis aut nihil aut parum addunt. De asserta reservatione A. L. accepit, data occasione separationis legalis, ad quam obtinendam actrix eum advocatum adhibuit. « Non so se tale riserva fu manifestata ad altre persone. *Io personalmente l'ho saputo direttamente dalla B., la quale mi fece confidenze, quando si trattò della separazione consensuale, alla quale addivenne davanti al Tribunale di Perugia* ». A. L., n. 7, p. 35. Et circa idem tempus petendae aut iam petitae separationis A. M. L., praefati testis filia, data occasione accepti hospitii in domo coniugum B.-P., haec accepit: « Ho saputo direttamente dal P., presente la moglie, che prima del matrimonio egli si era espresso in questi termini parlando alla fidanzata: se non andremo d'accordo, ognuno per la sua via. Ho sentito anche dalla moglie che lei ha acconsentito. Avendo io fatto delle osservazioni al riguardo, un po' scandalizzata e meravigliata, il P. replicò: Noi eravamo d'accordo ». A. M. L., n. 6, p. 39. Haec clara sunt; et fortasse nimis clara, ita ut in iudice dubium gigni queat num testis obiectivae veritati gratificari velit an potius coniugum amicitiae. Sed dato etiam quod eius verba plene et exclusive veritati respondeant, ut iam de aliis diximus testibus, valor probandi extenuatus manet ratione suspecti temporis.

37 - In iudicio secundae instantiae ab utraque parte petitum est an alios testes inducendos haberent: sed se non habere utraque pars professa est.

Hisce in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Iudices pro Tribunali sedentes, et solum Deum pro oculis habentes, Christi Nomine invocato, decernimus, declaramus ac definitive sententiamus ad propositum dubium — ea ipsa formula concordatum, quo in prima instantia apud Tribunal Umbrae Regionis concordatum est.

An constet de nullitate matrimonii in casu ob exclusionem boni sacramenti ex parte viri conventi:

respondentes: NEGATIVE: nempe: *Non constare de nullitate matrimonii in casu ob exclusionem boni sacramenti ex parte viri conventi.*

TRIBUNAL APPELLATIONIS BONONIENSE

FLORENTINA

Nullitatis matrimonii

(X = Y)

ex capite impotentiae

Sententia diei 31 Decembris 1952

II. - IN JURE: *Quoad impotentiam*

2) - *De relationibus inter chryptorchidiam et impotentiam.*

Omissis notione chryptorchidiae eiusque distinctionibus, quas facile est invenire apud auctores omnes qui sat diffuse agant de re matrimoniali, Patres aggrediendam mox ducunt quaestionem provinciam nostram directe spectantem, nempe effectus chryptorchidiae relate ad impotentiam quae matrimonium dirimit.

Clarissimus Patronus in suo Restricto Juris et Facti pro actrice (p. 7), fideliter praemens vestigia sui operis (D'Avack P. A., *L'impotenza generativa maschile nel diritto matrimoniale canonico*, in « *Il Diritto Ecclesiastico* » 1951, p. 361-413), censuram agit iurisprudentiae S. Romanae Rotae, quae hac summatur thesi: « non licet ex sola chryptorchidia duplici ad impotentiam statim concludere » (*S.R.R.*, XXX, Dec. XVII, n. 2, c. Heard, 16 martii 1938), contenditque contrarium principium esse admittendum, praesertim ubi indagatio directa circa statum testiculorum impossibilis evadit.

En eius argumentum: « Quando si consideri che, giusta l'attuale scienza medica più autorevole, se non nell'assoluta totalità dei casi, per lo meno nella loro grandissima maggioranza e comunque quale regola generale, alla criptorchidia, specie se completa e bilaterale, si accompagna sempre un difetto rilevante di sviluppo o una degenerazione strutturale delle glandole ectopiche, e conseguentemente una assenza di funzionalità delle medesime, mi sembra logico e assai più corretto ritenere che il solo fatto di aver riscontrata nel soggetto l'esistenza di una tale anomalia completa e bilaterale, già dovrebbe bastare per indurre, se non una *moralis certitudo*, per lo meno una *gravis iuris praesumptio*... - In caso di dubbio insolubile pertanto circa la funzionalità o meno di glandole testicolari ectopiche nel caso concreto, esso dovrà essere ri-

solto, giusta il *quod plerumque accidit*, in senso negativo, e quindi per la nullità del vincolo ».

Thesis cl. auctoris pluribus scatet defectibus. Habetur inprimis:

a) *petitio principii*, quando affirmatur *haberi pro regula « chryptorchidem esse impotentem ad verum semen elaborandum »*.

In recenti volumine Prof. Georgii Perazzo (« *Terapia chirurgica ed ormonica della criptorchidia*, E. M. E. S. Roma 1950 » - pag. 192) clare enucleatur doctrina medica de hac materia ac referuntur studia et experimenta ex amplissima bibliographia, quae ad fere quattuor centum auctores se extendit.

Volumen refert renuntiationem ab Auctore factam Congressioni Societatis Italicae Chirurgicae, quae diebus 11-14 Octobris 1950 coacta est l. v. « Montecatini Terme ».

Prof. Perazzo ita concludit: « Si è parlato di necrospermia, ma qualche osservazione di spermi mobili nell'eiaculato esiste; dunque anche lo sperma del criptorchide può essere fecondante, sia pure relativamente » (p. 73). Et rem iam antea explicaverat: « Il testicolo criptorchide prepubere ha la struttura istologica della glandola sana... Alla pubertà avvengono nel testicolo grandi cambiamenti in peso e struttura dovuti all'elaborazione dell'epitelio maturo e alla comparsa degli spermi: tali cambiamenti si verificano, sia pure in grado variabilmente inferiore, anche nel testicolo ritenuto postpubere » (33).

Celeber Uffreduzzi, medicus et veluti princeps in hac regione, chryptorchides in quattuor species (« tipi » dell'Uffreduzzi) distribuit iuxta gradus et symptomata morbi: in primo « typo » spermatogenesis omnino servatur et in secundo non est exclusa. Peritior nostri Fori, Prof. Musiani, edixit: « l'infecondità che in genere si attribuisce ai criptorchidi è una regola che soffre di molte eccezioni » (Acta II Instantiae, 26).

Non potest proinde statui spermatogenesim in chryptorchide haberi tantum uti quid abnorme: Ravvling eam putat possibilem « nel 40-50% dei testicoli in sede inguinale e pubica » (Perazzo o. c. p. 72).

b) *aequivoca* item *habetur assertio: « assenza di funzionalità delle glandole ectopiche »*. Nam pro medicis habetur defectus functionis ubicumque adest azoospermia, idest semen non fecundans; dum pro iure canonico defectus functionis agnoscitur tantum si testiculi (didymus et epididymus) nihil omnino secernant. Et notetur: « non posse proclamari uti scientifice certum quod testiculi non elaborent ullum liquidum, sed tantum nemaspermata » (*S. R. Rota*, c. Wynen, 25 aprilis 1941 - Apud: *Ephem. Iuris Can.*, 1945, p. 197 ss).

c) Etiam implicita confessio auctoris *de defectu certitudinis moralis* in iudice, qui ita pronuntiet, et de gressu, qui fieri deberet in casu, ex sola praesumptione ad sententiam, eius thesim non parum infirmare videtur.

Haec statuisse necesse habuerunt Patres, ne periculosum principium canonica Fora penetraret ac iudicum animis insideret.

3) - *De hypoplasia testiculari et impotentia.*

Chryptorchidia igitur ex se non sufficit ad impotentiam gignendam: ipsa tamen locum opportunum praebet ad alium morbum alendum, hypoplasiam nempe, quae est causa directa impotentiae, si certos limites praetergrediatur.

Relate ad praesentem causam, melius Nobis videtur loqui de « *hypoplasia testiculari* », potius quam de « *atrophia* » vel de « *hypotrophia* », quia primus terminus innuit vere defectum necessariae evolutionis glandularum, dum alii magis significant reformationem in peius seu involutionem, absolutam vel minus, organorum, qui antea suam receperant evolutionem.

Palam est hypoplasiam non posse accenseri defectui organi, quae habetur in « anorchidia » (absentia testiculorum), sed defectui functionis, relate ad elaborationem secreti testicularis.

Hypoplasia potest respicere sive didymum, sive epididymum, et, intra didymum, sive canaliculos seminales, qui praesunt elaborationi nemaspermatum, sive cellulas interstitiales, quae sanguini conferunt peculiares ormones. Eadem esse potest *congenita* (arresto di sviluppo dei vasi) et *adquisita* (processi infiammatori, torsione, ecc.).

Quando hypoplasia causatur a chryptorchidia, hos effectus gignit: « degenerazione degli epiteli dei tubuli seminiferi, fino alla scomparsa completa, aumento relativo del tessuto interstiziale, diminuzione del volume e del peso del testicolo » (Perazzo, op. cit., p. 74).

Conclusionis causa, pro nunc, haec statui possunt: Chryptorchidia non semper producit hypoplasiam testicularem; si vero probetur hypoplasiam, in casu concreto, adesse eamque a chryptorchidia derivare, pro certo haberi potest spermatogenesim plus minusve laesam esse.

4) - *Utrum in hypoplasia testiculari possibilis adhuc sit secretio veri seminis:* A) - *Spermatogenesis;* B) - *Alia secretio testicularis.*

Haec ulterior inquisitio necessaria est, ut provinciam nostram propius attingamus, utque ulteriores normae deriventur, ex scien-

tia medica cum disciplina iuris comparata, ad casus practicos solvendos, non ex pedisequa acceptatione conclusionum peritorum, vero ex intima aestimatione rationum, ut lex requirit (art. 145 *Instr. S. C. Sacr.* 1936).

Edixit peritior nostri Fori examen clinicum haud sufficiens esse habendum ad iudicium ferendum circa internam functionem testiculi, ac etiam quod « la riduzione di volume, la diminuzione della consistenza e l'affievolita sensibilità dolorosa caratteristica dell'organo possono darci un'idea solo generica dell'ipotrofia dell'organo... » (*Acta II Inst.*, 20).

Equidem recognoscimus, ex scientia medica, quod difficulter elementa pro conclusione trahi possint ex turgescentia vel spissitate (« consistenza ») testiculi, vel etiam ex « dolore testiculari ». Quoad talem dolorem (« sensibilità »), Prof. Perazzo scribit (o. c., pag. 153): « Non ne abbiamo mai constatato l'assenza completa, quantunque in qualche malato fosse molto ridotta ».

A) Tamen, semper relate ad hypoplasiam ex chryptorchidia, putamus, ex consensu auctorum scientiae medicae et pluribus experimentis et investigationibus ab iisdem peractis, quod statui possint quaedam normae, non quidem singulariter omnino fixae et absolutae, sed simul sumendae et cum aliis elementis summandae et comparandae, quae tamen iudicibus aliquid utilitatis forsan afferre possint ad proprium iudicium efformandum circa particularia causae.

Hae normae desumuntur:

a) *Ex crassitudine* (« *volume* ») *testiculorum:* « Se è vero quello che afferma Haberland, che cioè il volume del testicolo non è in rapporto alla sua capacità funzionale, è pur vero che di regola un testicolo eutrofico è anche ben funzionante » (Perazzo, o. c., p. 152). Ideo maior minorve crassitudo testiculi non officit eius secretioni, nisi tamen exiguus omnino appareat.

Limes, infra quem activitas testiculi ad extra admitti non potest, videtur merito ita statutus a Mixter: « Si considera atrofico un testicolo quando è di 2/3 inferiore al volume del testicolo scrotale di pari età ». Haec norma dicitur a Perazzo, o. c., p. 150: « criterio praticamente utile ».

b) *ex aetate subiecti:* referunt auctores ex Uffreduzzi, quod testiculus ectopicus imperfecte evolutus, ad summum intra tempus 15 annorum post pubertatem, cessat a sua functione, nec amplius nemaspermata secernit (Perazzo, o. c., p. 73).

c) *ex sede abnormi testiculorum:* « La distopia inguino-superficiale è presumibilmente la sede che meno influisce sulle cause di atrofia secondaria », cum ibi testiculus minus persentiat vim

caloris vitalis, quae spermatogenesi officit (PERAZZO, o. c., p. 73 et 76).

Ideo, non quidem in levi hypoplasia, sed tantum in gravi, dimetienda praesertim ex elementis supra allatis et aliis adiunctis, quando nempe degeneratio substantiae testicularis praesumi potest, secretio veri seminis impossibilis evadit et proinde corruit matrimonium.

B) Hic tamen *occurrit difficultas*, eaque non effugienda: *testiculus hypoplasicus, etiamsi nemaspermata non producat, non potest identidem elaborare alia secreta*, quae ideo eiaculantur et vero semini accensentur?

Iam supra innuimus (n. 2 - b), relate ad testiculos in genere, huiusmodi secretiones non posse excludi. In specie vero, *ad epididymum* quod spectat, dicunt et ipsum secernere quendam humorem, quo nemaspermata moveri possunt (*S. R. R.*, coram WYNEN, 25 Oct. 1945 - Apud: *Periodica*, 1946, n. 7), quique uti semen habetur.

Reapse in casu testiculi, qui incolumis appareat, ex solo defectu nemaspermatum non licet ad impotentiam provocare, cum et istae secretiones possibiles sint, et a iudice adduci debeant ad substinendam potentiam coeundi, ex generali praesumptione sanitatis.

Eaedem vero secretiones non debent urgeri ac veluti praesumi etiam in casu testiculi graviter hypoplasici, ad elidenda elementa aliunde certa pro impotentia. Hoc Patribus certum videtur et iustum, his praesertim de rationibus:

aa) si canaliculi seminales didymi nemaspermata non valent producere, nec illum liquidum gignent. Hoc argumentum profert etiam Prof. PALMIERI (*Medicina legale canonistica*, Città di Castello, 1946): « Sia che l'azoospermia dipenda *da lesioni dell'apparato secretore*, sia che derivi da obliterazioni delle vie di conduzione, il difetto sarà operante così per il costituente corpuscolato che per l'ipotizzato veicolo liquido degli spermatozoi ».

bb) relate ad possibilem secretionem *epididymi*. Attento quod didymus et epididymus unicam glandulam constituunt, attento quod rarissime tantum unus inficitur quin alter simul praeiudicetur, ita testante peritiore Nostri Fori (*Act. secundae instantiae*, 25), putamus quod ex gravi hypoplasia didymi, epididymus indemnis remanere haud fere possit. Ceterum examen periti debet et statum epididymi declarare.

cc) memorandum quod ipsa secretio testiculorum, quae vocari posset « *praeter-nemaspermatica* », a multis negata est, ut a Professore BULDRINI in VI Congressione Italica Medicinae Forensis habita Mediolani anno 1935; et quod item a multis in dubium vocatur eiaculatio ad extra eiusdem secretionis, quam dicunt totaliter ab-

sorbi in perlongo itinere epididymi (sex circiter metra). Haec ideo secretio, si non potest excludi, non debet nec immodice urgeri.

dd) ubi nativa condicio chryptorchidiae gignit hypoplasiam gravem testiculi, habetur plena distorsio et corruptio totius apparatus genitalis. In tali casu non potest praesumi quod aliqua functio accessoria integra maneat, dum activitas principalis est pessumdata. Operatur ideo magis contraria praesumptio, de abolitione scilicet etiam illius secretionis.

5) - *De probatione huius formae impotentiae et de morali certitudine efformanda. - Num exigenda sit « biopsia testicularis ».*

Prof. Musiani, peritior in causa, cui quaesitum est « se esista una semeiotica sicura dell'atrofia o ipoplasia testicolare », reposuit negative, edixitque: « è chiaro che si rende *necessaria* una più fine indagine interna, quale appunto può essere la *biopsia testicolare* » (*Acta II Inst.*, p. 21)... « l'unico mezzo per dirimere *con assoluta certezza* una discussa secrezione esterna testicolare » (ibid.).

Tamen immodica videtur postulatio cl. Periti, idque duabus de rationibus:

a) Iudices talem incisionem praecipere non possunt, utpote quae, praesertim in casu testiculi ectopici, veram requirit chirurgicam operationem, eamque non facilem, et, quolibet in casu, affert dolorem et molestiam non exiguam viro, cui, per incisionem in scroto, evellitur particula substantiae testicularis, postea subiicienda examini microscopico, ut probetur utrum glandula adhuc capacitate aliquid secernendi fruatur.

b) Docet Cappello (*De matr.*, ed. III, n. 356): « impedimenta matrimonii talia esse debere, ut de eorum existentia constare possit regulariter et ex communiter contingentibus... Quare excludendus est defectus, qui de via ordinaria cognosci nequit ». Inquisitionibus chimicis et microscopicis demandari ergo non potest solutio dubii de validitate matrimonii.

Nihilominus, etiam absque « biopsia testiculari », putamus in casibus gravibus hypoplasiam genitalium statui posse, iuxta superius exposita (n. 4). Ceterum nullo modo requiritur « una certezza assoluta », sed sufficit moralis certitudo, quae unica, ut in pluribus, in hac provincia haberi potest.

Haec vero certitudo moralis debet quidem excludere omne dubium fundatum seu prudens, sed admittit possibilitatem absolutam contrarii: eaque nonnumquam non resultat nisi ex multitudine indiciorum et demonstrationum, quae singulatim sumptae, nequeunt fundare veram certitudinem, et solummodo suo complexu prohi-

bent ne homini sani iudicii prudens exoriatur dubium. (Cfr. *Allocutio S. S. Pii Papae XII*, n. 1, 2 - *A.A.S.*, 34 (1942), 338 et seq.).

Ideo applicatio normarum supra expositarum (n. 4) nonnumquam sufficere potest ad moralem certitudinem gignendam, praesertim si, ut in praesenti casu, testiculi absconditi, ob eventum fortuitum, in cursu chirurgicae incisionis ob alium morbum, directe examinati fuerint a medicis.

Impositio proinde illius probationis, quae dicitur « biopsia testicularis », etiamsi contra eam non militarent rationes supra expositae, immoderata nimiaque dicenda esset, utpote quae excessivum gravamen parti imponat, cum compertum sit certitudinem moralem esse sufficientem ad sententiam pronuntiandam « etiamsi in casu particulari adsit possibilitas, sive via directa sive indirecta, perveniendi ad certitudinem absolutam » (*Allocutio S. S. Pii Pp. XII*, l. c., n. 1).

A. Sabattani, *Ponens*

STUDIA
ET
CONSULTATIONES

NATUS AB ACATHOLICIS

Sapientissime Pius XII in Motu Proprio « Decretum *Ne temere* » die 1. aug. 1948 statuit: [1] » Decretum *Ne temere*, decessoris Nostri fel. rec. Pii X iussu latum, statuerat (art. XI) omnes in Ecclesia catholica baptizatos, etiamsi ab eadem postea defecissent, teneri ad servandam matrimonii formam in Concilio Tridentino definitam.

Verum ne irrita evaderent matrimonia eorum qui, ab acatholicis natis et in Ecclesia catholica baptizati, ab infantili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate vel sine ulla religione adolevissent, in Codice Iuris Canonici statutum fuit huiusmodi baptizatos non teneri ad canonicam matrimonii formam servandam.

At experientia triginta annorum satis docuit exemptionem a servanda canonica matrimonii forma, huiusmodi in Ecclesia catholica baptizatis concessam, bono animarum haud emolumento fuisse, immo in solutione casuum saepe saepius difficultates multiplicasse; quamobrem Nobis visum est expedire ut memorata exemptio revocetur.

Abrogamus itaque alterum comma paragraphi secundae can. 1099 et iubemus ut verba *item ab acatholicis nati, etsi in Ecclesia catholica baptizati, qui ab infantili aetate in haeresi vel schismate aut infidelitate aut sine ulla religione adoleverunt, quoties cum parte acatholica contraxerint* ex can. 1099 expugnantur ». Difficultas, de qua Decretum, illustratur sequenti casu:

Eugenius quidam in Statibus Unitis uti filius *illegitimus* Annae natus fuit 31 maii 1923. Existente matre catholica filius in ecclesia catholica civitatis S. ritu catholico baptizatus fuit. Anna vero uti patrem naturalem praedicavit quendam Iacobum confessioni protestanticae addictum, qui tamen neque matri neque filio ullam curam tribuit. Unde mater pauper et sollicita de educatione filii in sinu honestae cuiusdam familiae ipsum 4 annos habentem tradidit Martino et Catharinae, orbis propria prole, in adoptionem. Ipse, matre non curante amplius educationem physicam et religiosam filii, inscius sui baptismatis logica cum necessitate secutus est confessionem familiae adoptivae. Adeptus annos aetatis maioris Eugenius nuptias in forma mere civili cum quadam puella, item pro-

[1] *A.A.S.* vol. 40 (1948) p. 305; cf. Creusen, Annotationes in « *Periodica de re mor. can. lit.* vol. 37 p. 334-344; Felici, Annotationes in « *Apollinaris* » vol. XXII p. 36-39.

testantica, nomine, Ruth, contraxit. Matrimonium fundatum super relationes inhonestas ante matrimonium paulo post divortio civili fuit dissolutum. Interim Eugenius emigrans in Statum Americae Septentrionalis relative catholicum obviam sibi habuit adulescentulam bonae spei catholicam, quam, flagrantissimo in ipsam amore incensus, coram Ecclesia catholica ducere concupivit et studuit. Tribunal confisum in decisione S. C. S. O. de 22 III. 1939 [2] expostulavit Votum Episcopi, qui instructionem processus boni publici interesse censuit promittente Eugenio suam conversionem ad Ecclesiam, in qua baptizatus fuerat. Promotor iustitiae matrimonium accusavit de nullitate ex capite can. 1099 § 1 n. 2: « ad statutam formam servandam can. 1094 ssg. tenentur *omnes in catholica Ecclesia baptizati*, si cum acatholicis matrimonium contrahunt ». Sed spei a Promotore nutritae non correspondit successus; nam in Sessione 9 febr. 1951 Turnus hanc sententiam tulit: « non constare de nullitate matrimonii ». « In Iure » haec ratio allegata fuit: vi can. 1099 § 2 nullibi ad catholicam formam servandam tenentur ab *acatholicis nati*, etsi in Ecclesia *catholica baptizati*, qui *in haeresi* ab infantili aetate *adoleverunt*, quoties cum parte acatholica contraxerint. « In Facto »: Eugenius a quarto aetatis anno in haeresi educatus fuit. Promotor iustitiae vi muneris sui [3] appellavit ad Tribunal metropolitanum; quod tamen sententiam primae Instantiae confirmavit die 4 dec. 1951. Utrumque ergo Tribunal consideravit Eugenium uti natum ab *acatholicis*. Correspondetne haec opinio textui et menti can. 1099 § 2? Videtur, quod non.

---

[2] *A.A.S.* vol. 31 (1939) p. 131 n. II. S. O. respondit: Negative, nisi publicum bonum, Ordinarii iudicio, id postulet « ad Dubium » utrum Promotor Iustitiae, vi can. 1971 nulla praehabita facultate a S. Officio, matrimonium accusare possit, si nullitas matrimonii fuerit denuntiata a conjuge acatholico »; cf. Roberti in « *Apollinaris* » vol. XII p. 160.

[3] decl. auth. 17 1933 (*A.A.S.* vol. 25 p. 345 ad. IV).

De notione « acatholicus » cf. Ph. Maroto C. M. F. de vi verborum can. 1099 2: ab acatholicis nati (*Apollinaris* III. 1930 p. 601-616); L. Schmid, de vi verborum « acatholicus », secta acatholica, minister acatholicus « in Iure canonico (l. c. vol. IV 1931 p. 552-567; vol. V. 1932 p. 69-85). G. Oesterle O. S. B. Form der Eheschliessung für die « nati ab acatholicis », can. 1099 2 in Theol-praktische Quartalschrift « vol. 85, 1932 p. 352-361; idem l. c. vol. 87, 354-357: Form der Eheschliessung fur die nati ab acatholicis ». Moersdorf, die Rechtssprache des C. I. C. p. 132; Mulder W., De Beteckenis van « acatholici in den Codex », Nederlandsche Kath. Stemmen, Zwolle 1925 p. 1 ssg.; Cappello: « quinam censeantur ab acatholicis nati ad normam can. 1099 2 ideoque a forma canonica celebrationis matrimonii immunes », Periodica de re mor-can-litur. 20 (1931) p. 77-81 cum stella; I. Haring: « wer ist Akatholik im Sinne des Kanonischen Rechtes » (Theol-prakt Quartalschrift 84 (1931) 790-791).

I. Fueruntne iudices competentes ad textum can. 1099 § 2 declarandum et applicandum? Agitur in casu de gravi dubio iuris, ad quod ratione mixtae religionis competens erat S. C. S. O. aut Commissio Pontificia ad Codicis canones authentice interpretandos. Revera Episcopi dubitantes de sensu et ambitu huius secundae paragraphi recurrerunt iterum atque iterum aut ad S. C. S. O. aut ad nominatam Commissionem. Pauca exempla: Episcopus Limburgen, huiusmodi dubium proposuit S. C. S. O. quae 24 jul. 1929 respondendum mandavit. (Periodica de re morali, canonica, liturgica vol. decimus octavus, 1929 p. 252); alius casus est archidioec. Sancti Ludovici in Statibus Unitis, propositus 22 jan. 1931: responsum S. C. S. O. 9 jun. 1931. (l. c. vol. vicesimus primus, 1932, p. 14-16). Optime notat citatum Periodicum: « utcumque res se habeat, meminerimus *singulos casus esse S. Officio proponendos* (l. c. p. 16). Quae monitio correspondet Decreto S. C. S. O. de 31. III. 1911 (A.A.S. vol. III. p 164): « recurrendum in singulis casibus ».

S. C. C. die 1. febr. 1908 solvit Dubium relate ad Decretum: « Ne temere » n. XI § 3: « num in imperio Germaniae catholici, qui ad sectam hereticam vel schismaticam transierunt, etiam in juvenili vel *infantili aetate*, ad valide cum persona catholica contrahendum, adhibere debeant formam in decreto « Ne temere » statutam » (Fontes C. I. C. vol. VI n. 4344 p. 881 ad V). Dubium tangit C. « Provida » pro Germania, de 18. jan. 1906, ubi in n. II. matrimonia catholicorum cum haereticis valida declarantur (Fontes C. I. C. vol. III. n. 670 p. 659). S. C. C. 28 mart. 1908 declaravit n. XI § 2 terminum « acatholicorum » (l. c. vol. VI n. 4349 p. 872). Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos die 20. jul. 1929 declaravit illud « ab acatholicis nati » (A.A.S. vol. XXI p. 573 ad 2); quae interpretatio die 25. jul. 1931 declarata est « declarativa ». (A.A.S. vol. 23 p. 388); cf. insuper decl. auth. 17 febr. 1930 (l. c. vol. 22 p. 1 95 ad 3). Ex dictis patere videtur Causam praesentem pertinuisse solvendam ad S.C.S.O. aut ad Commissionem Pontificiam interpretationis.

II. Illa norma can. 1099 § 2: « item ab acatholicis nati etc » aliena est a mente iuris canonici. Clara dispositio Decreti « Ne temere » fuit obfuscata per Votum Consultoris Sili, qui dispositionem can. 1099 par. 2 in Codicem introduxit. Gasparri de matrimonio ed. nova, vol. II. n. 1024 notat: « In decreto *Ne temere* prima pars huius § 2 erat ad litteram, sed altera pars: *item ab acatholicis nati* deerat. Consultor Augustus Silj, qui iussu S. C. C. egregium votum circa decretum *Ne temere* conscripserat, eam adden-

dam proposuerat: « Videant tamen EE. PP. an praeter non baptizatos in Ecclesia catholica, eximi etiam debeant, qui catholice baptizati a pueritia nondum septennali in haeresi educantur ac haeresim profitentur, prout censuit S. C. S. Officii, die 6 aprilis 1859, declarans Const. Benedicti XIV pro Hollandia ». De qua benedictina declaratione vide supra n. 1019. Consultoris Votum deinde admisit Codex atque ita factum est, ut altera pars cit. § 2, quae non erat in decreto *Ne temere*, esset in Codice ».

III. Terminus « ab acatholicis nati » sumendus est in hoc sensu: « nati in *matrimonio* duorum acatholicorum aut nati in *matrimonio mixto* ».

S. C. S. O. in duobus casibus Linburgensi et S. Ludovici decrevit: de nullitate non constare, quia agebatur de prole ex *matrimonio mixto.*

In hoc sensu auctores interpretati sunt decl. auth. 20 jul. 1929 Cel. P. Cappello S. I. interpretando hanc decisionem scribit: « hinc sequitur, infantes ex mixtis *nuptiis* natos » etc. (Periodica de re mor. can. lit. vol. 18 1929 p. 252). Creusen-Vermeersch, Epitome ed. 6 vol. II n. 407: « filii *e matrimonio mixto* nati, etiamsi cautionibus... praestitis celebratum est ». Ipsae allegatae cautiones supponunt *matrimonium.* Creusen: Periodica, vol. 37 p. 338 loquitur de filiis natis in illis *familiis.* Triebs, Handbuch des geltenden kanonischen Eherechts p. 610 commemorat sententiam, quae ante decl. authenticam de 20 jul. 1929 can. 1099 § 2 de *matrimonio* duorum acatholicorum intellexit; declaratio authentica textum sumpsit etiam pro *nuptiis* mixtis; item Wernz-Vidal, de matrimonio n. 552: « non sunt comprehendendi nati ex *matrimonio mixto* » (B: textus ex a. 1925); Schönsteiner, Eherecht ed. 2 p. 743: filii ex *matrimonio mixto.* P. Hecht iterum atque iterum interpretando decl. auth. loquitur de filiis ex *matrimoniis mixtis.* (Apollinaris vol. III p. 645 s.). Maroto scribendo l. c. p. 601-616 de vi verborum can. 1099 § 2 « ab acatholicis nati » allegat celeberrimos auctores, prout Vermeersch-Creusen, Cappello, Wernz-Vidal, De Smet, Arttnys-Damen, Noldin, qui ante declarationem authenticam (20 jul. 1929) excluserunt a can. 1099 § 2 filios ex *matrimoniis mixtis;* Moersdorf, Rechtssprache p. 135 loquitur de *matrimonio mixto;* nota 54 edicit: decl. auth. 20 jul. 1929 data est *contra* sententiam communiorem Canonistarum; citat auctores; Linneborn, Eherecht ed. 4-5 p. 376 citat casum Limburgen. et S. Ludovici.

Utraque sententia nullum auctorem inveniet, qui sub termino « nati ab acatholicis » intelligit filium natum ex innupta et ex viro protestantico, qui dicitur a seducta pater. In jure canonico valet

illud: « pater is est, quem *nuptiae* demonstrant ». (can. 1115 § 1, 1. 6 D. I. 6; 1. 11 (12) D. 48. 5; 1. 5. D. II. 4.). Quisnam vult probare Eugenium procreatum fuisse a Iacobo? Etsi concedat, quid inde? forsan a puella deceptus concedit. Quis iudex suam sententiam fundare potest in facto valde dubio? Etsi factum certum esset, can. 1099 non respicit tale factum. Eugenius natus ex matre catholica et baptizatus et educatus per quattuor annos in Ecclesia catholica tenebatur can. 1099 § 1. n. 2 .Unde primum matrimonium nullum est habendum [4].

D. G. Oesterle

[4] Inst. 3, 5, 4 (3): hi (= vulgo coniepti autem nullum patrum habere intelleguntur.

SPONSI TENENTUR REVELARE IMPEDIMENTA OCCULTA (c. 1020)

Maria, legitima uxor Rolandi pftisi gravissima infecta iam per duos annos in sanatorio commoratur, iudicio medicorum peritorum intra sex menses certe moritura. Indole egoista et durus Rolandus infelicem exitum sui matrimonii ex toto adscribit mulieri, quam non amplius amore, quo proprie in his horis magis indiget, prosequitur, sed potius odio aversionis. Iam per menses vesana passione uritur erga Helenam, quam frequenter visitat in camera, quam locavit cum officium exerceat in civitate ubi non habitant parentes sui. Iam pluries Rolandus eam ad actum completum perducere conatus est. Frustra tamen quia mulier, adhuc iuvenis, non est parata amittere virginitatem corporalem, ne difficilius pervenire possit ad matrimonium. Tunc Rolandus declarat se paratum esse ad ducendam eam, et quidem ea ipsa die si non esset adhuc ligatus Mariae. Helenae adhuc haesitanti proponit ut hodie faciant saltem id quod fieri potest; ut modo solemni sibi mutuo promittant post mortem Mariae contrahere matrimonium. Inde ab hoc die frequenter committunt adulterium.

Pluribus mensibus elapsis a morte Mariae, Rolandus et Helena adeunt parochum Helenae, cui Rolandus est omnino ignotus. Helena induxit Rolandum ut ultimo mense ante matrimonium celebrandum ab amplexibus peccaminosis abstineant et poenitentia mota peccata sua confitetur apud confessarium extraneum tempore Paschatis a

parocho vocatum. Ipsa confitetur adulterium saepe commissum, quin aliquid dicat de proposito et promissione nubendi. Plane ignorat impedimentum criminis et promissio nubendi post mortem prioris coniugis non est peccatum. Rolandus ne cogitat quidem de peragenda confessione sacramentali, sed propter Helenam et ne contristet suos et uxoris parentes paratus est matrimonium in ecclesia celebrare.

Impedimentum criminis, quod obstat huic matrimonio est omnino occultum. Parochus qui ad normam canonum et Instructionem S. Congr. de Sacram. datam die 29 Junii 1941 examen sponsorum et investigationes de statu libero contrahentium perficere debet, seorsum interrogat Helenam et Rolandum. Adamussim servans praescripta clara et expressa Instructionis etiam quaerit utrum vivente uxore priore sibi mutuo promiserint matrimonium postea ineundum. Ad responsionem affirmativam parochus insuper interrogat utrum etiam relationes intimas sexuales inter se habuerint. Nupturientes autem timebant et ideoque praeviderunt hanc interrogationem et callide praeparaverunt responsionem evasivam, quia secundum ipsos agitur de peccato adulterii, quod cognoscendum parochus non habet ius saltem extra confessionem.

Insuper certissime sciunt adulterium non esse matrimonii futuri impedimentum. Parocho interroganti de adulterio cum ficta indignatione uterque respondet: « o reverende domine, quomodo potes honestas personas de huiusmodi re ignominiosa habere suspectas? ». Parochus hanc responsionem intelligit ut negativam et concludit non obstare impedimentum criminis.

Quaeritur: quid sentiendum de modo agendi sponsorum erga parochum? Estne licitum sic se gerere in examine sponsorum? Potestne iustificari hic agendi modus, si sponsi cognoscentes impedimentum criminis occultum, iam decreverint ut Helena adiret confessarium ad obtinendam dispensationem in foro interno sacramentali?

Circa hanc rem alii aliud scripserunt. Vlaming (ed. III, Vol. I. n. 137, IV) notat: « rite vero notetur nec sponsos nec alios interrogandos esse nisi de impedimentis, quae natura vel cognitione sunt *publica*. Occultorum enim impedimentorum exploratio ad confessarium spectat » Idem fere docet De Smet (De Spons. et Matrim. n. 680). Nos e contra cum Aertnys-Damen (Theol. Mor. II. n. 667-668) et Cappello (De Matrim. n. 152) in operis Vlaming editione quarta a nobis praeparata et anno 1950 publici iuris facta, hanc sententiam reiecimus et erroneam demontsravimus. Nam impedimentum nullatenus spectat ad confessarium. Praeparatio alicuius matrimonii non est opus duarum personarum, parochi scilicet et

confessarii, sed solius parochi. Matrimonium est res quae fit independenter a quolibet confessario et qualibet confessione. Qui est in statu gratiae ne tenetur quidem adire confessarium ante celebrationem matrimonii. Sed insuper impedimentum non est peccatum, etiamsi quaedam impedimenta saltem pro parte ex peccato oriuntur. Sed non omnia impedimenta; imo ne omnia quidem impedimenta *occulta*. Impedimentum occultum consanguinitatis ex matris adulterio non est peccatum, nec fundatur in peccato filiae; quae sane non obligatur ad confitenda peccata matris.

Saepissime tamen impedimentum, etiam occultum, non oritur ex *solo* peccato, sed ex peccato unito alii elemento quod non est peccatum (promissioni contrahendi; relationi consanguinitatis). Haec autem sunt res, quae ne tamquam circumstantiae peccati quidem manifestari debent confessario. Helena nullatenus violavit integritate (ne materialem quidem) confessionis cum, confitens peccatum adulterii tacuerit promissionem matrimonii datam. Etiamsi ipsi notum fuisset impedimentum criminis, ei licuisset solum adulterium confiteri, parata impedimentmu amovere alio modo. Sententia qua tenetur parochum debere interrogare de omnibus impedimentis, etiam occultis [1], hodie in dubium vocari nequit. Praescribit enim praelaudata Instructio: « parochus a sponsis percontetur num aliquo deteneantur impedimento... sive publico *sive occulto*, *imo hoc potissimum*, *quod rarius innotescere solet* ».

Parochus igitur habet ius et officium interrogandi sponsos de impedimentis occultis. Sane, ipse agit in foro externo. Sed erroneum est perhibere impedimenta occulta pertinere ad solum forum internum. Qui hoc perhibet, probat se non habere conceptum rectum et verum de distinctione notissima inter forum internum et externum. Impedimenta occulta sunt impedimenta quae probari non possunt in foro externo. Dantur dispensationes in foro interno et dispensationes in foro externo et impedimenta occulta etiam in solo foro interno dispensari possunt et saepe debent ne res fiat publica. Sed ipsum impedimentum occultum non pertinet ad solum forum internum. Quodsi parochus in foro externo agens interrogatione partium aliquod detegat impedimentum, decernere debet aut matrimonium fieri non posse aut dari rationem dispensandi.

Si hoc ultimum decernat, adhuc decernendum est utrum haec dispensatio dari debeat in foro interno aut in foro externo. S. Congr. de Sacram. Instructione hanc doctrinam expresse admittit.

---

[1] Sane secundum regulas prudentiae, quae e. g. commendant ut omittatur interrogatio de impedimento criminis vel affinitatis, si absolute constet sponsorum neutrum fuisse coniugatum.

Sed ulterius quaerendum est utrum sponsi habeant obligationem revelandi veritatem de impedimento occulto; utrum evitantes mendacium aliaque media illicita possint mediis licitis, e. g. responsione evasiva, evitare impedimenti occulti revelationem? Sane, non intentione contrahendi quin impedimentum removeatur. Sed haec intentio non ipso facto huic occultationi coniungitur.

Ut recte quaestioni respondeamus praeprimis distinguendae sunt duae obligationes. Viget obligatio revelandi impedimenta nota, quae aliqualiter existit iam natura rei, sed quae lege positiva statuitur can. 1027: « omnes fideles tenentur impedimenta, si qua norint, parocho aut loci Ordinario ante matrimonii celebrationem revelare ». Haec obligatio gravat omnes fideles, partibus ipsis minime exceptis. Ipsos gravat prae alios et quidem independenter ab interrogatione a parocho facto vel facienda. Non tamen obligat ad faciendum *statim;* sed ad faciendum *ante matrimonium.* Si ergo curent ut impedimentum removeatur ante matrimonium celebrandum, e. g. recursu ad confessarium, obligatio cessat. Ab ea distincta viget alia obligatio, scilicet respondendi veritatem personae, quae nomine societatis publicae (Ecclesiae) ideoque ex officio et secundum leges statutas interrogat. Ipsa habet ius et officium interrogandi de veritate et cognoscendi veritatem.

Obligatio respondendi ad omnia et ne celandi quidem veritatem de qua rogatur iam, sequitur ex natura officii parocho iniuncti can. 1020 et sequentibus. Quid utile propter bonum commune et Sacramenti dignitatem tuendam iniungere parocho officium publicum interrogandi sponsos, si isti non habeant strictam obligationem revelandi veritatem de qua agitur? Legislator nolit ipsis personis interrogatis relinquere iudicium de utilitate revelationis alicuius facti. Ipsorum non est iudicare utrum id, de quo nunc interrogat parochus, sit necessarium vel utile ad obtinendam certitudinem de statu libero nupturientium. Nam saepe saepius nupturientes non sunt competentes, defectu scientiae iuridicae, ad ferendum hoc iudicium. Luculenter insuper apparet hanc esse mentem legislatoris ex formula iuramenti, quod S. Congregatio praescribit, occasione examinis de statu libero praestandum. Interrogandi debent iurare: « ego... iuro me *totam* et solam *veritatem* dicturum, super *universa re* de qua rogandus ero ». Iurat ergo nupturiens non tantum se non esse prolaturum mendacia (non falsitatem sed *solam* veritatem), sed etiam se non esse *celaturum veritatem* (*totam* veritatem) et quidem super universa re, de qua rogandus erit. Quare non licet ei discernere inter ea, quae revelare debet et ea quae celare potest, si de re interrogetur.

Patet insuper finem huius legis generalis esse bonum commune,

3) The *Zorach* decision however can be criticized for failing to approach the question from the point of view of the priority of the rights of parents over the State in the matter of education of their children. This priority has been acknowledged in the important Oregon School Case. (Pierce v. Society of Sisters, 268 U. S. 510 45 S. Ct. 571, 69 L. Ed. 1070 (1925). The cooperation under question in the *Zorach* case was viewed by the Court as cooperation of Church and State, whreas actually it was cooperation between the State and parents, for under the New York law in question, the child is released for religious instruction only at the request of the parents.

E. McCarthy

RECENSIONES

GIUSEPPE SIRI, *Corso di Teologia Dommatica*, 1, *La Rivelazione*, IV Ed. Roma Editrice Studium pp. 244 L. 800.

E' segno indubbio dei nostri tempi un accentuato ritorno alla verità cristiana. Gli animi, disorientati da tanti principi, amareggiati da molti fallimenti, sentono il bisogno di qualche cosa che rimanga al di sopra di tutto il fluttuare delle cose umane ed indichi, al di là della contingenza del momento, le vere realtà. Ma come al giorno di oggi si è sentita insistente la sete di una dottrina religiosa, divina: dottrina che solo il Cristianesimo può offrire.. Da quì la esigenza di studiare con criteri scientifici questa religione.

A tale esigenza si ispira l'opera del Card. SIRI il quale si propone di pubblicare tutto un corso di teologia per laici. Il volume « *La Rivelazione* » che vede la luce per la quarta volta, apre la serie della trattazione.

Stabilita la verità della esistenza di Dio e l'idea di religione, l'Em. Autore si pone il problema di una rivelazione divina e dei criteri per valutarla.

Premesso uno studio sulle fonti cristiane e non cristiane, tratta della storicità di Cristo, della sua affermazione messianica, affermazione che viene confermata dalle profezie, dai miracoli, dalla resurrezione da morte e dalla vitalità del Cristianesimo.

Il Card. SIRI ha voluto darci un'opera scientifica nella quale la chiarezza della esposizione, adatta ai tempi moderni, si unisce ad una forte argomentazione: il libro riesce pertanto interessante ed utile a quanti vogliono, con vera convinzione, trovare un orientamento nella propria vita.

Non ci resta che attendere la pubblicazione degli altri volumi annunziati, perchè davanti alla mente dei lettori si possa dispiegare, in maniera organica, tutto il panorama della teologia cattolica.

† F. CARPINO
Arcivescovo di Monreale

IVAN KOLOGRIVOF, *Le Verbe de Vie*, Bruges, Ch. Beyaert 1951 pp. 260.

Quest'opera del P. KOLOGRIVOF è la professione di fede di un convertito che viene dall'Oriente verso cui, al giorno di oggi, si affissano gli occhi di tutti.

Figlio di una antica famiglia della Russia, dopo gli studi al Liceo imperiale di Pietroburgo, IVAN KOLOGRIVOF fu al servizio dello Zar e da soldato partecipò alla guerra del 1915-18. Dopo la guerra abbandonò il paese e venne in Occidente. Quì, sotto l'influsso della grazia di Dio, si convertì al Cristianesimo, venne ordinato sacerdote e nel 1921 entrò nella Compagnia di Gesù. Da questo momento il P. KOLOGRIVOF, dopo i suoi viaggi in Germania, Francia, Olanda, Italia inizia la sua attività di studioso e di scrittore.

Dalla sua anima che ha trovato Cristo ed ora vive nella luce della

verità cattolica, nasce questo studio sulla Persona di Gesù Cristo, il Verbo di vita.

Dopo una introduzione sulla nozione del Verbo presso i Greci, S. Giovanni e la tradizione patristica, l'Autore ci presenta Dio nel suo atto di creazione e quindi, studiando il mistero dell'unione ipostatica e le sue conseguenze, presenta alla considerazione del lettore Gesù Cristo nella duplicità della natura divina ed umana. Ma ecco « accanto ai misteri gloriosi della vita intima di Dio, della creazione, dell'unione ipostatica c'è un altro mistero quello delle tenebre, della malizia, del peccato, del disordine: il mistero del peccato originale » (p. 93). Per cancellarlo il Verbo di Dio dà la sua vita nella dolorosa passione e diviene per questo guida e luce del mondo, Sommo Sacerdote e vittima che espia i peccati del mondo. Ora che Cristo è venuto, ha cancellato il peccato, ha ridato all'uomo la grazia, l'umanità non vive che in Lui e di Lui. E' il concetto che l'Autore svolge nelle ultime pagine del suo studio: « La vita umana nella incarnazione ».

Da questo sguardo panoramico si comprende quale importanza abbia il nuovo libro del P. Kologrivof. L'Autore, che sente la bellezza dell'argomento, vi porta tutto il calore della sua anima e delle sue convinzioni; la sua rimane una cosciente testimonianza a Cristo.

Abbondanti le citazioni dei testi dei Padri, di cui l'Autore è un profondo conoscitore; sicchè il libro si può considerare come un bel florilegio delle migliori pagine dei Padri della Chiesa.

† F. Carpino
Arcivescovo di Monreale

Pietro Parente, *La Teologia*, Roma (Universale Studium), 1952, pp. 144.

Gratia agenda Clarissimo Decano Facultatis Theologiae in Pont. Athenaeo « Propagandae Fidei » quod summatim et perspicue exposuit hoc scripto fructus quos percepit ex opere et labore per quadraginta annos graviter studioseque producto de 'scientia Dei'. Difficile est melius brevi libro circiter centum et quinquaginta paginarum historiam et catholicam sententiam Theologiae (quasi « Theologiam Theologiae ») comprehendere et exponere et idem explanare et facile omnibus ad intelligendum facere, etiam iis qui eius disciplinane peritissimi non sunt.

Tractatio linearis, consequens, bene meditata nobis aestimanda est quam maxime poterat opere huiusmodi. Etiam respectu congruentiae partium Auctor modum in rebus adhibuit; nec admirationem nobis movet, immo patet hoc tempore, in capite de Theologiae decursu ab aetate recenti usque ad nostram, clarissimum Auctorem pluribus verbis explicavisse praesertim problemata, discrimina, deflexiones quae propria sunt temporis in quo data est Encyclica Pontificalis 'Humani Generis': et in eo praecipuo documento Pontificali declarando moratum esse parumper ut exponeret quod continetur et explanaret eius gravitatem.

Nobis etiam animadvertendum est hoc opere Auctorem, ut solet, ingenii aperire aciem singularem qua potest nostrae aetatis conscientiae problemata comprehendere, conscius de quaestionibus quarum causa oriuntur doctrinae, scholae, controversiae. De his rebus sapienter et aequo animo disserit nec idem propensionem sequitur eorum qui ducti petitione maximarum quaestionum audacia quadam sollicitantur, quae insidiosa in omnibus disciplinis, in Theologiae scientia temeritas fit et audacia et irriverentia, cum possit, ut fere fieri solet, in pessimam calamitatem trahere.

Respectu eius quod in opere continetur non possumus singulas partes subtiliter explicare. Nobis solum est in animo notare aliquid quod nobis videtur dignum quod perattente examinetur.

Post caput in quo dicitur quid valeat et per quas fortunae vicissitudines transierit verbum « Theologia », alia quattuor capita sequuntur - quae sunt prima pars libri - in quibus illustratur origo et incrementum Theologiae scientiae, a Patristica usque ad Scholasticam et ad aetatem nostram. Praesertim Auctor in lucem profert magnum et illustrem Doctorem S. Thomam Aquinatem, qui ex sua aetate eminet heres comprehensorque omnis theologiae et philosophiae actae et dux et magister posteritati.

Per octoginta paginas Theologiae historia narratur, eadem tota et perspicua visa, quae nobis largitur sensum magnitudinis et gravitatis laboris doctorum ut requirantur, percipiantur et capiantur mysteria Revelationis.

Praecipue S. Thomae mens enodatur in principalibus doctrinis, praesertim circa relationes inter rationem et fidem, inter naturam et Deum, inter ordinem naturae et ordinem supra naturam, inter philosophiam et Theologiam. Etiam de via et ratione (*methodo*) S. Thomae clare loquitur Auctor.

Pulchrum est nos sequi Dominum Parente per varia partis secundae capita. Cum loquitur da Theologiae natura, in lucem profert, sequens P. Garrigou-Lagrange, Deum esse « obiectum formale » Theologiae, in mysterio suae Deitatis et prout ordinis supernaturalis est auctor secundum S. Thomae doctrinam quae plurimum gratia et auctoritate valet. Item ratione et arte distinguit quomodo possit dici de quadam Theologiae scientia quae in Christo cardinem habeat, quod Ipse inest in « obiecto materiali » Theologiae (ut Mediator, Redemptor, Ecclesiae Caput, Sacramentorum Auctor) et in eius « obiecto formali » (ut Verbum qui inest in conceptu Divinitatis Trascendentis et ut Homo-Deus Redemptor qui est velut « synthesis » omnis ordinis supernaturalis). Attamen non potest excusari, secundum Dominum Parente, desertio veteris opinionis quae habet Theologiam ut scientiam Dei secundum Revelationem.

Etiam scientiae ratio Theologiae repetitur a Domino Parente, quamquam Auctor notat obiecta et quaestiones quae de hac re orta sunt.

At demonstrat, etiam secundum conceptum scientiae qui viget in nostra aetate, eam rationem agnoscendam Theologiae.

In capite de Theologia speculativa et positiva, bene notat, ad vulgarem sententiam Theologorum, materiam Theologiae esse « Revelatum virtuale » non modo sed etiam « Revelatum formale ». Attamen conclusiones theologicae non sunt obiectum dogmaticae definitionis, illud vero quod implicitum habetur in Revelatione definiri potest, ut legimus in capite de Theologia et Fide. Cum loquitur de relatione quae intercedit inter Theologiam et Dogmata, subtiliter declarat quantum valeant formulae dogmaticae et quomodo possint dici, pro omnibus partibus, immutabiles et simul perfectibiles, sed Auctor obstat ne quis distinguat in dogmatibus adfirmationem veri absoluti a rapraesentatione per sententias. Nam non potest esse adfirmatio veri extra sententiam intellectus!

Magni momenti est caput in quo Dominus Parente dicit de Theologia et Philosophia, notans quid valeant Ecclesiae Institutiones et quomodo Ea sumat cognitiones et vocabula e Philosophiae disciplina, et quae sit Philosophia pro Theologia. Haec sunt quaestiones praesentes de quibus in hoc libro legitur disceptatio perlucida et earum expeditio prudentissima. Quo in capite Auctor etiam demonstrat quid valeat Philosophia S. Thomae et quae sit pro Theologia et quomodo nullo pacto fieri possit ut Catholica Theologia exprimatur in aliqua synthesi quae obstet sensui certo Divinae Revelationis, ut vg. Idealismus pantheisticus et Materialismus historicus.

Aliae praecipuae notationes, aptae ad expeditionem quaestionum nostri temporis, quae saepe male ponuntur, in capite de Theologia et Fide, de Theologia mentis cordisque, de Theologia Kerigmatica, leguntur.

Auctor ostendit quomodo quaedam quaestiones quae ab historia et scientia psycologica gignuntur, possint resolvi per verum Theologiae progressum, neque tamen oporteat negare vel pervertere ordinem et fructus operis et laboris Theologorum antiquorum, immo vero se addant optime in ordinem doctrinalem quem ii fecerunt.

In capite postremo de « Theologia et vita nostrae aetatis », Auctor disserit theologica sapientia et apostoli experientia de « problemate religioso » hominis nostri temporis, et monstrat quomodo opus sit Theologia ad id resolventum. Adumbrat mira synthesi Theologiam Catholicam pro homine huius temporis ut « magnam visionem universi in Deo et per Deum: centrum esse relationem inter hominem et Deum, relationem quae a die Incarnationis perficitur in Christum, Viam, Veritatem et Vitam ». Christus igitur est centrum vitae christianorum et ordinis universalis, Caput Ecclesiae quae est Eius Corpus mysticum, Ratio recondita quae dominatur historiam, Lux animarum in ipso Gloriae coelo in visione beatitudinis. Ergo in Eius luce agit Theologia quae aliquo modo circa Eum se conficit.

Dominus Parente opus perscribit hac mira visione, affirmans Theologiam esse lucem et vitam. Liber totus perlegendus, a laicis sed etiam ab iis qui scientiam Theologicam ex officio profitentur: omnibus lux ad vitam erit.

R. Spiazzi O. P.

Parente-Piolanti-Garofalo - *Dizionario di Teologia Dommatica*, Roma (Studium) 3 ediz. 1952, pp. 365.

Quod hoc opus tertio editur in intervallo non amplius decem annorum iam res maximi momenti est. Si hoc opus accurate investigatur bonum iudicium omnino confirmandum. Agitur de Indice Vocabulorum, ut in titulo apparet, igitur de ingenti serie verborum quorum omnia synthetice explicantur - minore vel maiore explanatione pro gravitate - sed semper apte ac perspicue et absolute.

Optimi ac doctissimi magistri scientiae Bibliorum et Theologicae, tres Auctores in hoc libro fructus diuturni studii et explicationis maioris, quam in schola habuerunt, brevi comprehenderunt et librum nobis offerunt in quo inter se conciliantur scientiae severitas, eloquendi nitor, in dicendo brevitas necessaria ad tale opus, excellentia utilis vel cognitioni vel consultationi de Theologiae quaestionibus.

Haec tertia editio in lucem profertur omnino expolita, emendata, aucta novis verbis praesertim in parte Patristicae.

In hoc libro inveniuntur etiam auxilia utilissima: in initio libri synthesis doctrinae Theologicae, in fine lineamentum historiae Theologiae dogmaticae, bibliographia generalis et singularis, verborum index, tabula breviaria Conciliorum Oecumenicorum. Optandus est etiam index nominum.

Cum de vocabulario agatur composito « verbis » non necesse nos ad minima pervenire in dicendo; sed e lectione et libro diu multumque ponderato res certa apparet: doctissimos et expertos magistros opus utile fecisse quo, pro utilitate, simpliciter et breviter offertur summa omnium quaestionum, neque minima curantur vel inutilia ad propositum scopum. Auctores unquam dimittunt doctrinam Ecclesiae et meliorem opinionem quae constat e libris Theologiae.

Et hoc est magnae laudis.

R. S. o. p.

Pier Carlo Landucci - *Il mistero della anima umana* - Edizione pro Civitate Christiana - Assisi, 1952 pp. 378 s. p.

Praefato volumine quaestionem Auctor humanarum disciplinarum cultoribus notus petractandam aggreditur quae maximi quidem ponderis est, praesertim hac nostra aetate, in qua non desunt qui toti huius temporis voluptatibus impliciti mortem opinentur et vocitent esse omnia delentem ac destruentem. Noster, diversis qui, hac de re, saeculorum decursu pullularunt, erroribus expositis et refutatis (p. 17-62), animos hominum ab omni esse materiae concretione segregatos eosdemque immortales comprobat, argumenta quae in scholis passim exponi solent, magna tamen cum peritia, revocando (p. 144 ss).

Ut cetera praeterea mittamus, Auctor largius edisserit de animae ortu immediate a Deo eiusque ad Deum reditu. (p. 298-356). Universo operi finem facit optatam metam, aeternam Dei scilicet *beatificam* visionem, vibranti sermone, indicando.

Haud dubium quin opus, cuius sermonis concinnitas accomodata omnium captui reddit quae, *per se*, intellectu difficilia prostrant, uberrimos fructus sit allaturum.

I. P.

Mario Bendiscioli. *La riforma protestante.* Universale Studium. Roma 1952 pp. 159 L. 200

Quot quataque mala universae hominum consortioni falsa novatorum religio attulerit nemo unus ignorat qui Summorum Pontificum acta et documenta noverit, quibus, saeculorum decursu, haeretici novatores pluries damnati fuerunt.

Cum vero non omnibus praefata documenta volutandi copia sit et facultas, hinc peropportuna apparet praedictae hereseos summa quam, egregia sane peritia, clarissimus Auctor confecit.

Haud paucis variisque causis, ex quibus novatorum reformatio sumpsit exordium, expensis (p. 9-24), noster, nitido dicendi genere, de Luther exagitato vitae cursu fusius tractat, prae oculis praesertim habens reformationis ortum eiusque influxum in Germaniae fines (p. 24-61).

Ceteris vero capitibus, Auctor Novatorum hereseos exordium et propagationem ostendit per diversas terrarum orbis regiones quae sunt: Helvetia (74-86-. Gallia (86-103, Belgica et Hollandia (103-115-, Anglia, Caledonia, Hibernia (115-132), Italia (132-142); quo in capite Auctor varias heraeticorum sectas recenset quae sensim sine sensu pullularunt Italiaequae regiones occupaverunt, erroribus *veritatis specie quandoque fucatis.* (132-142).

Postremo denique sui operis in capite, auctor de malis agit quae ex huiusmodi peste, maximo cum animarum destrimento, exorsa sunt. (p. 142-149).

In libro qui copiosa exornatur recentique bibliographia mira nitent sermonis perspiquitas, doctrinae firmitas, auctoris hisce in rebus petractandis peritia.

I. P.

P. Prini, *Esistenzialismo*, Editrice Studium, Roma 1952, di pp. 195.

La filosofia novissima dell'esistenza sembra abbia raggiunto il suo punto di saturazione, almeno per i problemi essenziali: nulla perciò di più opportuno del portare alla conoscenza del pubblico le istanze fondamentali ch'essa è venuta opponendo alla filosofia ufficiale. Il presente Saggio risponde egregiamente allo scopo sia per la disposizione della non facile materia, come per la robusta disciplina del discorso che scava la tematica esistenzialistica senza indulgere all'ermetismo di scuola e neppure alla semplificazione di non pochi espositori. Nella prima parte sono passati in rassegna gli antesignani dell'esistenzialismo che sono Kierkegaard, Nietzsche, Dostojevski e Kafka: eviden-

temente il posto che ciascuno di questi scrittori occupa nella genesi della problematica esistenziale è molto diverso e Kafka p. es. - come fra noi il Michelstaedter - è piuttosto da considerare un epigono e una vittima, sia pur precoce, che non un propulsore della dialettica dell'esistenza. Il centro del volume è giustamente riservato ad Heidegger, Jaspers, Marcel, Berdiaeff, Sartre e Abbagnano (pp. 53-168); va lodato il criterio di esporre il pensiero di questi Autori seguendo l'idea centrale del rispettivo orientamento sull'esistenza e l'esposizione del P. mostra un possesso effettivo dei testi molto più organico di quanto lo possa testimoniare la sua scarna documentazione (eccellente l'esposizione del Marcel che il Pr. ha studiato in un vol. precedente). Non so se l'aver spezzato in due tempi la dialettica dell'esistenzialismo metafisico giovi alla chiarezza dell'esposizione: forse sarebbe meglio, per il lettore comune, esporre anche in questa sezione in paragrafi distinti, il pensiero compiuto di ogni autore. L'esistenzialismo « umanista » viene rappresentato qui da Sartre e Abbagnano, ma questo va inteso nel suo senso a sfondo negativo (l'Abbagnano però ha protestato contro questa interpretazione rivendicando un « esistenzialismo positivo », ma l'A. fa rilevare l'ambiguità » della sua posizione - Cfr. p. 161). In un valido epilogo critico l'A. fa il bilancio della nuova filosofia con spirito aperto che incontra tutta la nostra simpatia. Ci permettiamo soltanto di osservare all'A. che quel ch'egli chiama il carattere « ctonico » dell'essere per rispetto allo *In-der-Welt-sein* di Heidegger (e al crudo fenomenismo di Sartre) esige giustamente un maggiore approfondimento e in questo senso lo stesso Heidegger negli ultimi scritti accanto alla « terra » nomina il « cielo » assieme ai « mortali » e agli « dèi » che formano il « quadrato » (*das Geviert*) cinese dell'essere. L'A. ha pensato di lasciare fuori causa il cosidetto « esistenzialismo teologico »: noi speriamo che in una prossima edizione questa lacuna trovi la sua soddisfazione sia per poter noi avere la gioia di leggerla nella lucida prosa del Prini, sia perchè è soltanto in una prospettiva teologica che si può chiarire, positivamente o negativamente, il significato della problematica dei tre grandi dell'esistenzialismo: Kierkegaard, Nietzsche e Dostojevskij. E' per aver sottovalutato la funzione del momento teologico nella tematica esistenziale che l'opera del Wahl (a cui l'A. si riferisce spesso forse con eccessiva fiducia) ha mancato, a nostro avviso nel momento cruciale. Chiude il volume una nutrita « nota bibliografica » generale e speciale per i singoli autori.

C. Fabro

A. Lanza, P. Palazzini - *Teologia morale generale*, Roma (Studium) 1952, pp. 224.

Est primum volumen tripertiti operis de « Principiis Theologiae Moralis » quod peropportune Domus Editorialis « Studium » dicat laicis (sed etiam utile sacerdotibus).

Hoc volumen scriptum erat fere totum a complorato Domino An-

tonio Lanza, Archiepiscopo Rhegii, qui cum esset et expertus virtutis magister et sagax studiosus animi nostrae aetatis praesertim inter laicos doctrina instructos, optime paratus erat ad edendum opus, hominibus Italiae, Theologiae moralis, quod usque adhuc aberat.

Mors eum corripuit celeriter, cum ardenti studio in opere defixus esset. Sed eius fidelis discipulus et successor in cathedram Theologiae Moralis apud Pontificium Athenaeum Lateranense, resumpsit silvam rerum a Domino Lanza comparatam et patienti laudabilique labore paravit conficere opus.

Hoc primum volumen in bipertito se dividit. Prima pars, quae est « Via facta ad Studium Theologiae Moralis », delineat historiam Theologiae a doctrina Novi Testamenti usque ad nostram aetatem, et exquirit « Naturam Theologiae Moralis ». Secunda pars est de « Quaestionibus praecipuis moralis scientiae », id est de: Fine hominis; actibus moralibus; norma remota agendi, id est de lege; conscientia; virtute; peccato. Sequuntur copiosa bibliographia, index analyticus rerum, index nominum.

Est opus egregium sive pro doctrina sive pro ratione historica.

Auctores recordantur in omnibus quaestionibus problemata nostrae aetatis; exponunt et reprehendunt doctrinas non catholicas etiam recentiores, exempli gratia Idealismum, Exsistentialismum, Bergsonismum, vitalismum, Marxismum. Praesertim offertur summatim apte ac perspicue doctrina Christiana quae sola nobis dat veram quaestionum vitae expeditionem, et hominum facultatem agendi illuminat.

Opus nobis non praebet res novas pro doctrina scientiaque, neque penitus in doctrinam descendit; sed convenit cum suo proposito quod auctores voluerunt, quia in eorum animo erat laicis praebere synthesim doctrinae moralis christianae, cum vellent constituere fundamenta e quibus singuli homines possint aedificare suam vitam moralem.

His rebus visis opus bene evenit, et utilissimum erit et boni fecundum.

R. S. o. p.

Narciso Jubany. *El voto de castidad en la ordenación sagrada*, Barcelona, 1952. pp. 82.

Cl. professor Iuris canonici in Seminario Dioecesano Barcinonensi in lucem edidit hunc opusculum qui methodo scientifica revera confectum novas luces affert momentosae quaestioni de voto implicito castitatis in caelibatu ecclesiastico. Ut ipse auctor fatetur opusculus partem constituit amplioris laboris qui expotandus est ut publicetur.

In praesenti opusculo summa cum claritate A. brevi introductione momentum quaestionis in adiunctis hodiernis exponit et quidem cum unctione sacerdotali ac simul cum notis bibliographicis recentioribus. Ex hac expositione apparet etiam relatio intercedens quaestionem inter voti impliciti castitatis in clericis et hodiernum desiderium ubique affulgens sanctificantionis cleri dioecesan procurandi.

Studium historicum tribus capitibus explicatur quibus antecedit ca-

put praevium ubi status quaestionis et iuridice et historice exponitur adductis praecipuis auctoritatibus pro sententiis asserentibus vel negantibus exsistentiam voti impliciti castitatis in lege ecclesiastica de caelibatu.. Quaestio historica tota ponitur ab auctore in duabus decretalibus, alia Innocenti III altera vero Bonifacii VIII. Hinc caput II totum est in exponenda doctrina canonistarum. saeculis XII et XIII idest tempore immediate antecedenti et subsequenti Decretalem Innocentii III. Doctrina exponitur modo summario quin tamen mens uniuscuiusque auctoris clara non appareat, fraquentibus textibus excerptis ab auctoribubs in notis illustratur et usque ad doctrinam decretalistarum pervenitur Henrico Segusiensi seu Hostiensi ultimo considerato. In tertio capite doctrina doctorum scholasticorum eadem methodo, forsan non illa abundantia auctorum ac in praecedenti capitulo enarratur. Decretali Bonifacii VIII (c. un. 3, 15 in 6°) caput IV destinatur ibique sub luce doctrinae scholasticorum consideratur. A. in fine opusculi concludit doctrinam voti impliciti a Bonifacio VIII usque ad hodiernam vigentem disciplinam perseverasse. Utinam tota dissertatio historio-iuridica cl. professoris ac iudicis Barcinonensis in lucem edatur quum revera ex opusculo partiali hodierno iuste expectari potest novum contributum scientificum momentosae quaestioni de voto implicito castitatis in ordine sacro clericorum.

EMMANUEL BONET

PIETRO AGOSTINO D'AVACK. *Cause di nullità e di divorzio nel diritto matrimoniale canonico.* Volume I. Firenze 1952 pp. 764.

Il titolo può apparire a prima vista alquanto strano, perchè pare indicare che anche nel diritto canonico sia ammesso il *divorzio*, il che è assolutamente falso; sembra però che il chiaro autore abbia chiamato con tale nome la dispensa da matrimonio rato non consumato oppure il privilegio paolino, del quale peraltro non si tratta ex professo in questo volume.

Il poderoso studio consta di tre capitoli introduttivi, di cui il primo espone la natura teologico-giuridica del matrimonio canonico, il secondo le finalità e proprietà di esso (con speciale accenno al *favor matrimonii*) ed il terzo tocca brevemente degli impedimenti.

Si giunge così a pag. 91 ove si inizia la Sezione prima del lavoro dedicata alle « causae nullitatis ex parte personae » vale a dire alle incapacità naturali dei coniugi.

Centocinquanta pagine sono impiegate a illustrare al cap. I il defectus sexus o meglio il defectus differentiae sexus, al II il defectus discretionis judicii in genere, ed al III ed al IV l'amentia o debilitas mentis. Da pagina 251 alla fine del libro, e cioè per più di 500 pagine, si tratta di impotenza, inconsumazione, copula, dando una tale copia di citazioni, discussioni, argomentazioni, relative al diritto sostanziale ed a quello procedurale, che difficilmente si può trovare qualche cosa di simile nella precedente letteratura. E' una fatica davvero non ordinaria e meritoria quella compiuta dal ch. professore su tali argomenti,

ed il suo libro potrà essere consultato con utilità da chi nel foro o fuori dovrà occuparsi della materia, la quale è tutt'altro che facile e piana, chè anzi può ben dirsi una delle più ardue e talvolta incerte del diritto matrimoniale. Una delle singolarità del lavoro ci sembra l'abbondanza e l'importanza delle citazioni dei canonisti pretridentini che è difficile trovare in altri libri: esse dimostrano oltre all'acutezza e profondità di quegli autori (molti dei quali appariranno dei Carneade ai più dei lettori) anche la sostanziale permanenza dei medesimi problemi, degli stessi dubbi, delle stesse difficoltà oggi come mille anni fa: qui davvero « *plus ça change, et plus c'est la même chose* ».

Talvolta l'erudizione può sembrare forse un po' farraginosa e inorganica, ma ciò dipende non da scarsa diligenza od abilità dell'autore, ma - almeno nella maggior parte dei casi - dalla complessità e difficoltà dell'argomento sempre attuale e vitalissimo.

Naturalmente in opera di tanta mole non sarebbe eccessivamente difficile trovare *minus accurate dicta* o anche qualche concetto o conclusione non accettabile. Ma sarà bene lasciare tale ingrato compito ai « *sapientiores* », anche per non cadere in altre mende o inesattezze forse più gravi ancora. Ci sia lecito soltanto di consigliare per una nuova edizione la correzione dell'evidente lapsus calami delle pagine 6 e 28 in cui si parla di *unione ipostatica* tra Cristo e la Chiesa, mentre doveva scriversi *mistica:* nè condividiamo l'opinione dell'A. che cioè i due sistemi giuridici civile e canonico in Italia presentino davvero « divergenze ed antinomie *irriducibili* e *manifeste* » (p. 18) chè anzi tale antinomia ci sembra innaturale, tanto più che la indissolubilità del matrimonio, che costituisce principio fondamentale del nostro diritto civile, non è che « il prodotto delle tradizioni cattoliche del popolo italiano » (Brunelli. Divorzio e nullità di matr. Milano 1950 p. 13) come riconosce giustamente l'A. a pag. 51 « il concetto canonico coincide perfettamente con quello del nostro Codice Civile, anch'esso poggiato, com'è noto, sul presupposto fondamentale dell'assoluta indissolubilità matrimoniale (cfr. art. 149) ».

Circa la trattazione sul favor matrimonii molte riserve potrebbero esprimersi (pagg. 55-67). Per es. a pag. 58 pare poco felice l'espressione veramente nuova di *certitudo materialis* come pure l'asserzione (p. 67) che la certezza della nullità di un matrimonio « dal momento che sia stata riconosciuta in giudizio con pronuncia definitiva dell'autorità ecclesiastica, si presume certa *praesumptione juris et de jure* » il che è manifestamente contro il notissimo principio ricordato dai cann. 1903 e 1989 e così fortemente inculcato nella fondamentale Costituzione Ap. « *Dei miseratione* » di Benedetto XIV del 3 nov. 1741, della perpetua rivedibilità delle sentenze che hanno pronunciato la nullità di un matrimonio.

Dubito per l'enormità della cosa che veramente l'A. (pagg. 64 e 669-672) sia convinto, che il giudice possa in base alla sua personale convinzione passar sopra, cioè non tener conto di un *dubium juris* (come quello contemplato espressamente nel can. 1068). Il dubium juris

in realtà è sempre *un fatto* (si perdoni il bisticcio) per es. nel caso del can. 1068, è l'esistenza di autori insigni che ritengono sterilis non impos sensu canonico la *mulier excisa*. Quale giudice può distruggere tale fatto e giungere alla conclusione opposta a quella stabilita dalla legge, che cioè in tal caso non può nè impedirsi nè dirimersi il matrimonio? E se lo facesse non usurperebbe la funzione di legislatore? Una tale concezione ci porterebbe assai lontano.

Attesa la difficoltà e delicatezza estrema della materia, si procede proprio « per ignes subiectos cineri doloso » e quindi non sarebbe equo far carico al chiaro A. di espressioni, talvolta poi da lui stesso corrette e chiarite, che non possono non lasciare più che perplesso il lettore. Ad esempio si notano le seguenti frasi « l'insegnamento della Chiesa sull'istituto matrimoniale... fu singolarissimo, *assolutamente estraneo* alla sua configurazione naturale » (p. 394) « Il fine originario naturale della generazione finì per essere *completamente svalorizzato* » (ivi). A pag. 383 aveva chiamata « *artificiosa*, *singolarissima costruzione* » quella della consummatio matrimonii canonica e a pag. 421 afferma che « solo agli inizi del secolo nostro... è stata messa in piena luce tutta l'*illogicità e la contradizione* insite nella tesi tradizionale » circa la natura della impotenza e della consumazione del matrimonio. Possiamo forse spiegare tali espressioni come *obiter dicta in aestu orationis*, tanto più che il ch. A. non risparmia parole e torna più volte sugli stessi concetti, non sempre restando del tutto coerente a sè stesso, forse trasportato dalla necessità di chiosare i testi che allega.

Non sappiamo se si possa sostenere quello che l'A. afferma in due luoghi (p. 478 e p. 702) che l'impotenza sia un impedimento *di diritto pubblico*, mentre si tratta, a meno di casi eccezionali, di quanto più riservato e nascosto si possa immaginare; come pure che il vaginismo sia da presumersi perpetuo e inguaribile (p. 649) mentre anche una modesta esperienza di tribunale dimostra proprio in contrario. Infine noto tra i lapsus da correggere, che l'edizione del 1932 del trattato del Gasparri non è *postuma*, perchè l'illustre canonista è morto soltanto qualche anno dopo.

VITTORIO BARTOCCETTI

C. A. RECKERS. *De favore quo matrimonium gaudet in Iure Canonico.* Romae 1951. pp. 184.

Est thesis redacta pro assequenda laurea in Iure Canonico in Pontificio Athenaeo Utriusque Juris, cuius notabiles partes jam impressae fuerunt in « *Ephemerides J. C.* ».

Argumentum est, uti palam apparet, magni momenti, et involvit problemata fere omnia tum substantialia tum proceduralia quae locum inveniunt praesertim in causis matrimonialibus.

Ex thesi pro laurea expetere non possumus ea quae tantum viri qui in cathedra vel in foro diu adlaboraverunt praestare valent: a candidato ad doctoratum exquirere merito debemus diligentiam et studium pro viribus amplum et accuratum. Hoc quidem nobis offert praesens

volumen, in quo praeclarum testimonium habemus eximii laboris et laboriosae inquisitionis ab Auctore peractae circa suum thema.

Peculiarem laudem sane meretur A. pro pluribus citationibus ex textibus non modo recentibus sed et antiquis depromptis, ita ut quilibet lector, volumen percurrens, plura utilia addiscet, non modo quae se referunt ad institutum juridicum illustratum, sed etiam ad eius historicam evolutionem. Hic vero est in genere potior finis thesium pro laurea.

In quatuor capitibus opus dispescitur post amplam bibliographiam; primum agit quatuor articulis et nonnullis paragraphis de favore matrimonii in codice juris canonici; secundum de favore in processu et specialiter de defensore vinculi. Caput tertium breviter tangit de casu dubii baptismi, et quartum de favore matrimonii inter infideles contracti et de favore fidei.

A. favorem large intelligit, etiam relate ad matrimonium contrahendum, quatenus Ecclesia non modo honore prosequitur legitimam viri et mulieris coniunctionem, quae a Christo Domino ad dignitatem evecta est Sacramenti Novae Legis; sed etiam, in quantum licet, celebrationem matrimonii facilem et liberam reddit.

Sed conceptus et institutum favoris juris strictiore sensu respicit matrimonia jam contracta, eo sensu quod validitatem contracti matrimonii et consequenter vinculi ex eodem enati praesumit et tuetur, tum in foro tum extra forum. Ad rem clariss. Gasparri « Hic favor juris in eo consistit ut matrimonium semel celebratum semper validum habendum est, donec eius invaliditas *plene* probetur... quod valet pro utroque foro et a fortiori si agatur de matrimonio fidelium utpote sacramento. (*De Matr. Parisiis*, 1904, p. 13, vol. I). Et Instructio Sancti Off. 1883 » (*Collect. S. C. D. P. F.* vol. II n. 1572) art. 40: « Judex sciat matrimonium esse per se factum quoddam solemne et publicum, quod semper validum censeri debet, *nisi evidentes rationes* eiusdem nullitatem demonstraverint. Ideo curandum quidem omni studio et diligentia ut rationes istae colligantur, sed judicium contra matrimonium numquam erit pronunciandum nisi earum complexio *omne prudens dubium* de existentia impedimenti excludat ». Ad quae habet laudatus Gasparri, ibidem n. 20. « Haec confirmantur ex jurisprudentia Sacrarum Congregationum Romanarum. Nam pleraeque causae matrimoniales initae pro obtinenda libertate, quae naufragium faciunt, in hunc scopulum offendunt: nam nullitas *clare probata non est* et ideo tribunalia ecclesiastica actionem nullitatis rejiciunt ». Imo Instructio S. Officii diei 18 dec. 1872 ad Vic. App. Oceaniae Centr. (*Collect. S. C. D. P. F.* vol. II, p. 56) jubet validitatem ipsius unionis matr. infidelium sustinendam esse « donec de contrario *perspicue constet* ».

Bene hunc favorem ex jure divino derivare A. tenet, cum de facto fere identificetur cum indissolubilitatis lege, in concreto saltem considerata. Cum vero indissolubilitas matrimonii fiat non raro vere difficilis et aspera pro coniugibus, evenire haud raro potest quod legitur in Instruct. S. C. de Sacramentis diei 23 dec. 1929 (*A.A.S.* vol. XXII

p. 168) « ipsos catholicos coniuges facile abripi desiderio nuptias dissolvendi, quum matrimoniale consortium ipsis non eam attulerit felicitatem et pacem, quam sensibus nimio indulgentes sibi spoponderant ». Imo apte forsan A. monere potuisset causam existentia *favoris juris* canonis 1014 pro matrimonio, sicut et pro sacra ordinatione (cann. 1993-1998) non aliam esse nisi quod ex utroque sacramento vinculum enascitur perpetuum, contra quod vinculum seu catenam partes, vel contra veritatem et justitiam, aliquando pugnas adhibituras esse praevidendum est. Praecise pro tuendis his duobus sacramentis lex praesumptionem validitatis fortiter stabilire debuit, itemque constituere defensorem ex officio, quasi tutorem seu matrimonii seu sacrae ordinationis. Cetera econtra sacramenta nec favore legis nec speciali tutela indigent, quia nemo regulariter movetur ad ea impugnanda, proindeque in tuto sunt.

Utrumque sacramentum, matrimonium et ordo, comparari possunt minori qui indiget tutore et legis favore praecise quia infirmus est nec sua jura tueri valet adversus hostes, nisi a lege peculiariter protegatur. Jam Romani dicebant « Praetor parvulis subvenit » (*Marc. 1. 55* § *1 D. de fideicomm. Libert. 40, 5*); « Pupillus pati posse non intelligitur » (*Paul. 1. 110* § *12 de R. J. 50, 17*) et revera favore minorum datur remedium restitutionis in integrum (can. 1687 § 1). « Tutoris praecipuum officium est ne indefensum pupillum relinquat » (*Marc. 1. 30 de adm. tut. 26*, 7). « Officio tutoris incumbit rationes actus sui conficere et pupillo reddere » (*1. 1.* § *3 de tut. et rat. distr.*). Sed comparatio matrimonii vel ordinis sacri cum minore claudicat, quia longe deterior est conditio sacramentorum quam pupilli: hic enim vocem saltem et manus habet, nec de eius existentia dubitare licet: item post statutum tempus e minoritate tandem egredietur fietque capax se plene defendendi; dum econtra, nisi lex eiusque ministri efficaciter sacramenta tueantur, facile et impune eorum jura misere conculcabuntur, praesertim cum quammaxime repugnet hominum voluntas deambulatoria a perpetuis vinculis sustinendis. Forsan haec idea quae in re fundamentalis apparet, melius evolvi et illustrari poterat, etiam quia ex ea jura et officia defensoris vinculi clara apparuissent.

Perquam facile esset plura minus accurate vel saltem parum clare et luculenter in thesi scripta, sed nimis ingratum est munus correctoris ultro suscipere. Liceat adnotare ad pag. 83 differre favorem matrimonii, de cuius celebratione certo constat, a favore praestandum illi coniunctioni, de qua tantum fama habeatur vel aliqualis *possessio status* quae dicitur.

Dubitarem an exacte qualificetur praesumptio validitatis matrimonii uti praesumptio *vehementissima* (p. 84) adeo ut « nulla ratio habenda est de oppositis exceptionibus quando illae non sunt adeo perstrigentes et efficaces ut *incontinenti et concludentissime* evincant praetensam nullitatem ». Licet haec legantur in una sententia Rotali *Baltimoren.* diei 30 junii 1910 (*A.A.S.*, II, 585) haud reor concordari cum his quae A. ulterius scribit, itemque cum ordinaria fori praxi.

Citatur (in pag. 87 nota 4) articulum « *Apollinaris*, (XII (1939) pp. 384-389), perperam indicando nomen auctoris et - quod deterius est - ei tribuendo absurdas opiniones quae e diametro pugnant cum textu: praestat ut hic error quamprimum corrigatur ab A.

Praesertim in § 2 art. IV capitis primi pp. 81-107 *De argumento seu natura favoris matrimonii*, sed passim in universa thesi colliguntur plura tam obscure dicta quae haud facile comprehenduntur et difficilius concordantur cum aliis locis ipsius thesis.

Hoc evenire potuit etiam ex difficultate quam non raro quidam experiuntur, quando suas ideas latine exponere debent. Culpae A. nolim vertere quae parum exacte dicuntur hic illic (praesertim pagg. 48-66) in iure processuali: qui enim experientia fori non callet, vix de his apte loqui valet.

Dubito quoque an plures assentiantur A. qui et impedimenta conatur collocare inter favores matrimonii, necnon practicam praesentem impossibilitatem convalidandi m. (cann. 1133-1137): haec enim contrarium potius probare videntur et tribunalia causis replent; dum, ut A. laudabiliter refert, Benedictus XIV scribebat: « In bene constitutis dioecesibus *fere numquam aut raro* lites super contractis matrimoniis agitantur et sententiae super eorumdem matrimoniorum nullitate pronuntiantur » (*Cod. Jur. Can. Fontes* vol. II, p. 385).

Item perplexi plures manebunt legentes favori matrimonii tribuendam esse tractationem causarum matrimonialium stricto ordine et tramite judiciali prae administrativo; siquidem licet probatio judicialis per se difficilior sit, dummodo verum adsit contradictorium; si adhiberentur et pro matrimonii nullitate quae statuuntur canone 1993 pro causis contra sacram ordinationem, nescio quot causae de facto enasci possent.

Nec dici posse videtur in favorem celebrati matrimonii vergere denegationem transitus in rem judicatam sententiae in quolibet gradu latae: hoc quidem verum esset si nova tractatio admitteretur, ut concedit Benedictus XIV in sua percelebri Constitutione *Dei miseratione* (*C.J.C. Fontes*, I, n. 318) *tantum pro sententiis affirmativis*, sed hoc hodie rarissimum est, dum fere semper retractantur causae *negative* solutae.

Demum in capitibus III et IV videtur A. non sufficienter extensisse *favorem fidei* prae favore matrimonii. Materia perquam difficilis sane est, de eaque vix licet certas directiones haurire; cum generatim quaestiones solvantur a S.S. Congregatione Sancti Offici sub secreto: attamen fines ab A. favori fidei praestituti nimis, ni fallimur, sunt reducti, dum de facto, et etiam de jure, amplius pateant; praesertim cum omnibus in illis casibus agatur de valore matrimonii quod non est sacramentum seu *ratum*, ob carentiam baptismi in utroque vel in alterutro coniuge, ideoque non cadit sub regula canonis 1118: « Matrimonium validum *ratum et consummatum* nulla humana potestate nullaque causa, praeterquam morte, dissolvi potest ».

VICTORIUS BARTOCCETTI

Syrus Cipriani. *Instructio matrimonialis Rev.mi D.ni* De Rauscher *Archiepiscopi Vindobonensis* (1853-1856). *Inquisitio historico-juridica.* Romae 1952 pp. 184.

In hoc casu cum veritate dici debet opus lacunam implere. Equidem Instructio Austriaca Cardinalis Rauscher frequenter citabatur a cultoribus juris tum substantialis tum processualis matrimonialis, ob suum momentum, at fere impossibile hucusque erat eius textum prae manibus, integrum saltem et correctum, habere.

Grati ergo juris canonici cultores esse debent D.no Syro Cipriani qui, non parcens labori et studio, diligenter inquisivit in archivis Vaticanis et praesertim Secretariae Status, et tandem in lucem protulit non modo binas Instructionis redactiones, primam anni 1853 et secundam definitivam anni 1856, sed etiam documenta inedita quae illustrant adiuncta historica ex quibus Instructio ipsa originem habuit.

Possumus hic ideam claram percipere de scopo Instructionis, de difficultatibus tum stricte doctrinalibus tum quoque politicis et practicis, quibus obviare intendit. Ex animadversionibus, quae ex doctis viris Romanae Curiae Officiis praepositis motae sunt, relate ad quosdam articulos, perspicimus qua ponderatione et prudentia simulque quo zelo pro puritate doctrinae et pro tutela Ecclesiae jurium Sancta Sedes decertaverit, ut simul amice componeret tum iusta optata Imperatoris Apostolici tum sanctitatem firmitatemque Magni Sacramenti. Felix successus arrisit impigro labori Cardinalis Josephi Othmari de Rauscher (1797-1875), qui tunc erat tantum Archiepiscopus Vindobonensis, quique dicendus est mire in jure versatus itemque novis temporum necessitatibus et exigentiis apertus, adeo ut eius opus non modo profuerit suae generationi, sed assumi forsam possit prouti exemplar in similibus circumstantiis.

Uti A. diserte exponit, difficultates ortae sunt anno 1781 ob leges Ecclesiae juribus adversas latas a Josepho Secundo, typico assecla et propugnatore doctrinae regalistarum et febronianismi.

Ipse Summus Pontifex Pius VI, sperans se ad meliorem frugem reducturum Imperatorem, vindobonensem peregrinationem anno 1782 suscepit; sed « Die 22 aprilis 1782 Papa Vindobonam reliquit. Rerum gestarum auctores facete dixerunt hoc Pii VI iter veluti Missam fuisse « *sine gloria* » Pontifici, et « *sine credo* » Imperatori: nam rerum status minime quidem immutatus est, quamvis Apostolicus Viator aliter speraverit » (p. 5).

Revera « die 16 januarii 1783 promulgatur de re matrimoniali lex, qua fuit Imperatori tributum *jus exclusivum* constituendi impedimenta matrimonia dirimentia, et reipublicae judicibus jus cognoscendi ut dicunt atque judicandi causas ad eos latas, relicta tantum Ecclesiae potestate sacramentum administrandi. Jus ipsum relaxandi impedimenta reipublicae tributum: vetitus econtra ad Romam recursus. Nova impedimenta instituta sunt dum quaedam canonica contracta vel omnino sublata » (ibi).

Notetur rei peculiaritas. Josephus II non creavit, ut Codices poste-

riores, *actum seu matrimonium civile* a lege civili regulatum et recognitum, quin aliquid statueretur de *matrimonio canonico* Ecclesiae potestati exclusive relicto, sed Imperator leges ausus est ferre circa matrimonia canonica quae et civiliter valerent; item judicabat de validitate matrimonii canonici per suos judices laicos qui ita fièbant interpretes et executores legis ecclesiasticae!

Iste status rerum comicus simul et tragicus per circiter septuaginta annos duravit; usque nempe annum 1856, quo cum religionis dedecore et obviis incommodis quisquis facile percipit.

Sancta Sedes, uti patet, tantam usurpationem in rem sacramentalem, ideoque sibi exclusive spectantem, tolerare nequibat; ideoque numquam abstinuit a protestationibus itemque a conatibus justam disciplinam restaurandi. At omnia in vanum cesserunt usque ad elevationem ad tronum Francisci Josephi, qui bene dispositus erat erga Ecclesiam eiusque jura. Cardinalis Rauscher, qui magnam influentiam in Imperatorem exercebat, cuius et magister fuerat, recte persensit tunc tempus advenisse pro componendo lugendo discidio et pro concordato parando. Difficultates sane non parvae extabant, praesertim pro re matrimoniali, cum non impune septuaginta circiter effluxissent anni ab instauratione systematis josephinismi relate ad matrimonium. Spatio duarum generationum etiam quae omnino abnormia erant, uti ex gr. delatio causarum nullitatis matrimonii ad judices laicos (quae expresse damnata est a Concilio Tridentino per can. 12 sess. XXIV: Dinzinger. *Enchiridion* n. 982) apparebat ut recta et normalis; imo, adeo regalismo infecti erant plurimi non modo laici sed passim et ecclesiastici viri, ut fateatur Card. Rauscher « Regalistae uno ore conclamitant, si Ecclesiae causae matrimoniales reddantur actum esse de potestatis civilis juribus, *de familiarum pace*, *de morum sanctitate* (!!) Sed nec religiosi viri « de mutatione quam rerum matrimonialium status subeat oportet, bona laetaque augurant; equidem neque negandum est indissolubile matrimonii vinculum magna cura protectum (in tribunalibus civilibus) et cuncta, quae juris formam attinent, scite composita fuisse. Consuetis aegre valedicunt, dubitantque an tribunalia ecclesiastica *juris ordinem intactum servando* paria sint futura? » (Doc. II, p. 155).

His difficultatibus non obstantibus, Card. Rauscher opus naviter aggressus est anno 1849 et tandem anno 1856 Instructio a se parata de matrimonio promulgata est per Pronuntium Card. Viale-Prelà *communi epistola* diei 2 februarii, in qua Episcopos imperii edocet « omnia et quaecumque in Instructione continentur *tuta conscientia* sequi posse » (p. 183).

Est sane modus promulgationis singularis, quem Sancta Sedes censuit adoptandum ob rationes quas infra videbimus.

Instructionis textus in sua secunda redactione, 251 articulis constans, revisus fuerat et die 4 maii anni 1855 approbatus a quinque claris Curiae canonistis (Aloysius Tomassetti, Hannibal Capalti (postea Cardinalis) Petrus Beckx Praep. Gen. Societatis Jesu, Laurentius Valenzi et Laurentius Nina, postea Cardinales). Ipsi edixerunt « nihil in Instructione

invenisse quod vel sacrorum canonum praescripto, vel Apostolicarum constitutionum ordinationibus, vel probatorum doctorum sententiis conforme non sit. Quamobrem opus *summo labore ac sapientia elucubratum*, merito futurum confidimus ut vastissimis imperii Austriaci regionibus, ubi in usum fuerit inductum, sacrae aeque ac civili reipublicae benevertat » (p. 153).

Maximam difficultatem quam invenit Instructio fuit relate ad vetita a lege anni 1783 statuta in forma impedimentorum dirimentium ne matrimonium validum celebrare possent minores sine autorizatione parentum et quaedam categoriae civium, uti milites etc.

Sancta Sedes non modo illa praetensa impedimenta agnoscere nequibat, sed repugnabat quoque a memorandis vetitis pure civilibus in sua lege. Ita per longum et latum disputatum est circa redactionem articulorum 67 et 68; attamen vetita quae quidem rationalia per se erant de facto (licet sane non uti impedimenta dirimentia) plus minus permanserunt, etiam quia necessitatibus politicis et inolitis moribus respondebant. Praeoccupatio Sanctae Sedis potius quam practica erat doctrinalis, ne videretur scilicet admittere potestatem statuendi impedimenta in auctoritate civili. Satius ergo tenuit sine solemnitatibus suetis Instructionem a Card. Rauscher paratam publicare.

Hoc tamen non significat quod Instructio magnam auctoritatem inter canonistas non sit adepta; quin econtra eius momentum vere singulare apparet pluribus de causis inter quas sequentes forsan sunt potiores.

Primo: est probabiliter amplissima collectio normarum circa matrimonium quam habemus, praesertim de processu matrimoniali. Nam 94 articuli tractant de lege substantiali matrimonii et 157 de jure processuali (Codex noster 32 canonibus totam materiam processus matrimonialis absolvit).

